

## Werk

**Titel:** Systema Cavarum Efficientivm Sev Commentatio Philosophica De Commercio Mentis Et

**Autor:** Knutzen, Martin

**Verlag:** Langenheim

**Ort:** Lipsiae

**Jahr:** 1745

**Kollektion:** vd18.digital

**Gattung:** Traktat

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN671874632

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN671874632>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=671874632>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.


Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)








Kl. 8. Philos. Ott. IV 8593.

HG-KB

**SUB Göttingen**  
111 843 235

7






SYSTEMA  
CAVSARVM EFFICIENTIVM,  
SEV  
COMMENTATIO PHILOSOPHICA  
DE  
COMMERCIO MENTIS  
ET CORPORIS  
PER  
INFLVXVM PHYSICVM  
EXPLICANDO,  
IPSIIS ILLVSTRIS LEIBNITII PRINCIPIIS  
SUPER STRVCTA,  
AVCTORE  
MARTINO KNUTZENIO,  
PROF. LOG. ET METAPH. IN ACAD. REGIOM. PVBL.  
BIBLIOTHECARIO REGIO ET ALVMNORVM REG. ET COMMVNIS  
CONVICTORII INSPECTORE PRIMARIO ADIVNCTO.  
EDITIO ALTERA  
AVCTIOR ET EMENDATIOR,  
CVI ACCESSTIT  
COMMENTATIO  
DE  
INDIVIDVA HVMANAE MENTIS NATVRA  
SIVE DE IMMATERIALITATE ANIMAE.

---

LIPSIAE  
APVD IO. CHRISTIAN. LANGENHEMIVM.  
CIOIDCCXLV.

S Y S T E M A  
C A S T R A M E F F I C I E N T I A M  
S E A  
C O M M U N I T A T I O N I O P H I L O S O P H I C A  
D E  
C O M M E R C I O M E N T I S  
E T C O R P O R I S  
P R  
I N F I X A M P H Y S I C A M  
  
M A R T I N I  
P R O F . L O G . E T M E .  
A C T I O N I  
C O N A C T O R I  
B I B L I O T E C H I  
V A C A T I O N  
E D I T I O N  
V A C A T I O N E T E M E N D A T I O N  
C A I V C E S S I T  
C O M M U N I T A T I O  
D E  
I N D I V I D A H U M A N E M E N T I S N A T U R A  
S I A E D E I M M A T E R I A T I A E A N N A E

---

L I B R I A  
A P A D 10. C H R I S T I A N . L A N G E R H E M I A M  
C I D I C I C C A Y A

VIRIS  
STEMMATICIS SPLENDORE  
ET  
MVNERVM AC DIGNITATVM  
EMINENTIA  
ILLVSTRISSIMIS,  
NEC NON  
MAGNA ERVDITIONIS, INGENII  
VIRTVTVM AC MERITORVM  
LAVDE  
FLORENTISSIMIS,  
ACADEMIARVM SCEPTRO  
BORVSSIACO SVBIECTARVM  
CVRATORIBVS,  
SVMMIS MVSARVM  
MAECENATIBVS  
ET  
MAGNIS LITTERARVM  
FAVTORIBVS

S.

AIRIS  
STEMMATIS SPLENDORE  
ta  
MUNERAM AC DIGNITATAM  
MINTIA  
ILLUSTRISIMIS  
NEC NON  
MAGNA BRVDTIONIS INGENII  
VIRTUTVM AC MERITORVM  
LADE  
ELORFNTISSIMIS  
ACADEMICARVM SCPTO  
BVRSSACO SUBSECTARVM  
CARATORIBVS  
SUMMIS MUSAIVM  
MAGNITIBVS  
TA  
MAGNIS LITTERARVM  
CATOTORIBVS



VIRI ILLVSTRISSIMI,  
PER-ILLVSTRES ATQVE  
MAGNIFICI,

*E*x quo AVGVSTVS PA-  
TRIAE PATER, VE-  
STRIS, MAGNI MAE-  
CENATES, ceu excel-  
sorum atlantum humeris  
Academiarum sub sceptro Borussia-  
co florentium curam imposuit, nullam  
equidem ex earum numero esse ar-  
bitror, quae sapientissimi consilii  
paternaeque prouidentiae VESTRAE fructum non percepert  
uberrimum. Omnia tamen maxi-

\* \* \*

me Albertinam nostram plurimum  
**VOBIS** debere neutiquam dubito. Quod enim iura Academiae no-  
straee conseruata, quod pax et tran-  
quillitas eiusdem professoribus re-  
stituta fit, quod denique laeta flo-  
rensque exactis feliciter binis secu-  
lis sacra secularia celebrare hoc an-  
no potuerit; id post **DEVM** im-  
mortalem et **AVGVSTVM RE-**  
**GEM**, **VOBIS** potissimum, **CV-**  
**RATORES PROVIDENTIS-**  
**SIMI** acceptum refert, et ceu fel-  
lices **VESTR**I tutaminis pro-  
uentus deuota mente veneratur.

Ingratus essem almae matris,  
Academiae, alumnus, si collata in  
eandem beneficia non tanquam mi-  
himet ipsi praestita submissa grato-  
que animo praedicarem. Neque ve-  
ro publica tantum **VESTR**A in  
hanc nostram Musarum sedem bene-  
ficia



ficia deuota aestimatione prosequor;  
verum etiam immortalia **VE-  
STRA** priuataque in me ipsum me-  
rita et singularem **VESTRAM**  
gratiam ea, qua par est, mentis de-  
missione veneror. **VESTRA** non  
solum ope spes ea est suffulta , cuius  
gratia per decem et amplius annos  
extraordinarii professoris munere  
indefessa diligentia defungor ; ve-  
rum etiam **VESTRA** benignis-  
sima et efficaci commendatione effe-  
ctum est , vt **CLEMENTISSI-  
MVS PATRIA E PATER,  
REX NOSTER AVGUSTVS,**  
aliorum etiam munerum exspecta-  
tione excitare industriam meam  
gratiosissime dignatus sit. Plurimi  
praeterea ex **VESTRO** ordine,  
**MAECENATES SVMMI,  
FAVTORES MAGNI,** incre-  
dibili gratia et humanitate quoties-  
cunque aliquod lucubrationum mea-



rum *VOBIS* offerre ausus sum,  
nunquam non suscepereunt. *VE-*  
*STRO* quoque post *DEVM* et  
*SERENISSIMVM REGEM*,  
praesidio tutus inuidiam susque de-  
que habere, laetoque animo promo-  
uere iuuentutis *Academicae* commo-  
da, et veritati indagandae totus va-  
care possum, cum in modum, ut te-  
neriores quaedam herbae sub maio-  
rum arborum umbris laetius excre-  
scunt, quae ardori solis expositae aut  
rabiei ventorum, vel citius marcesce-  
rent, vel penitus eradicarentur.

*Fuit mihi hanc ob causam iam diu*  
*in votis, ut aliquo publico ac extan-*  
*tiori monumento meam erga *VOS*,*  
*VIRI EXCELLENTISSIMI*  
*et MAGNIFICI, pietatem ac ob-*  
*strictissimam mentem testatam facere*  
*possem. Haud equidem praesens haec*  
*commentatio, quam humillimo animo*

*VOBIS*



*VOBIS dico et consecro, VESTRO  
dignitatum culmine consentaneum  
munus esse videtur; perspecta tamen  
VESTRA gratia et humanitas  
plane singularis in eam me spem ad-  
ducunt, VOBIS non omnino ingra-  
tam esse futuram; cum documento  
etiam sit exterorum desiderio Li-  
psiae recusa, non omnino sine ullo suc-  
cessu me indagandae veritati vacare,  
et levioris specimini loco esse pos-  
sit, me in posterum quoque, DEO  
fauente, operam esse daturum, ut  
VESTRORVM in me beneficio-  
rum immortalium fructus quam la-  
tissime per orbem litterarium pro-  
pagentur.*

Dissertatio de ratione  
et utilitate Anna  
Petrifolia

*Suscipite ergo, MAECENA-  
TES EXCELLENTISSIMI,  
MAGNIQUE FAVORITES, qua-  
lemcunque hanc opellam consueta  
VOBIS gratia et benevolentia, ac  
VESTRO*

MENTUM MUNITUM



*VESTRO praeſidio et tutamine  
eiusdem auctorem, vltterius digna-  
mini, qui DEV M immortalem pro  
VESTRA incolumitate et flore  
perpetuo indefeffis precibus fatigare  
nunquam intermitteſt et ad ultimum  
usque vitae halitum summa animi  
veneratione, cultu et obsequio testa-  
bitur, ſe eſſe*

**EXCELENTIſſIMO-  
RV M, PERILLVSTRIVM  
ET CELEBERRIMORVM  
NOMINVM VESTRORVM**

Dabam Regiomonti  
Prufforum. Anno  
Academiae Saecu-  
lari Secundo die  
**XXVIII. Sept.**

DEVOTISSIMVM CVLTOREM  
**MARTINVM KNVTZEN.**



P R A E F A T I O  
A V C T O R I S  
AD  
E D I T I O N E M S E C V N D A M.

---

**M**utato habitu nouam  
induta vestem in con-  
spectum Tuum L. B.  
iterum prodit praesens de Influ-  
xu Physico commentatio. Si ex  
praeteritis futura eiusdem fata au-  
gurari licet, de Tuo, si veritatem  
amas, non desperat fauore. Fortu-  
na quidem non nimium fauente  
visa est, dum primum in patria sub-

dissertationis inauguralis forma in  
publicum esset emittenda. Liber-  
tate enim philosophica, qua nunc  
Albertina nostra sub Augusto FRI-  
DERICO Rege fruitur, a Diuo  
**F R I D E R I C O G V I L I E L M O**  
nondum restituta, nimis Wolffia-  
num videbatur, vel debita cum lau-  
de a Viro Illustri in nonnullis dis-  
sentire. Superato tamen difficulti-  
partu, cum foetus hic litterarius  
publicam adspiceret lucem, beni-  
gniora fata expertus est. Magno  
enim Academiae confluxu libere  
defensae dissertationi, nec in patria  
defuere fautores. Egressa Boruf-  
siae limites in amplissimam Ger-  
maniam multo plures ibidem ami-  
cos inuenit. Alit enim ferax subli-  
mum ingeniorum Germania ma-  
gno numero philosophos, qui  
Summum quidem Virum, cui re-  
centior Philosophia suam lucem  
debet,

debet, ceu beneficæ Numinis O. M.  
prudentiae instrumentum, vt par-  
est, mecum colunt et venerantur;  
Interea tamen excusso semel iugo  
Aristotelico nouum sibi imponi  
minime permittunt; verum liber-  
tati ingenuae adsueti, nullius au-  
toritate ab industrio veritatis exa-  
mine se abduci patiuntur. Multi ita-  
que ex eorum numero publicis scri-  
ptis datisque etiam ad me priuatis  
litteris, consentientem hoc in capi-  
te mecum animum humanissime  
sunt testati. Ipse, Vir Summus, Illu-  
stris WOLFFIUS publice Auditio-  
rum corona cinctus honorificam  
nostræ de Influxu sententiae inie-  
cisse mentionem fertur; eo ipso  
testatus, quantum ii a veritate ab-  
errent, qui Virum Magnum omnis  
dissensus, quantumcunque mode-  
sti, impatientissimum esse, orbi eru-  
dito persuadere fategerunt. Nacta

## VI PRAEFATIO AVCTORIS

quidem est commentatio nonnullos aduersarios, in quorum numerum praecipue refero, Celeberrimum SCHREIBERVM conterraneum doctissimum, iam Petropolitanum Professorem Celeberrimum, et doctissimum *Anonymum Tubingensem*, Theodiceae latinae editorem nouissimum; ea tamen modestia sunt usi, quae fauentem animum euidentissime demonstrauit. Accidit postmodum, ut distractis exemplaribus nouam desiderari editionem, nunciarent amici, ac ut ad eandem perficiendam me accingerem, strenui instarent. Tenuitatis meae conscius neccebam moras, sopitas de Harmonia Praestabilita controversias resuscitare nolens, quae tantum disharmoniae inter eruditos peperit. Vicerunt vero tandem Lipsiensis Bibliopoliae, Viri humanissimi, preces, nec non

non Virorum Celeberrimorum,  
GOTTSCHEDII et REV SCHII au-  
toritas, qui ut editionem matura-  
rem, etiam atque etiam, me sunt  
adhortati. HABES iam L.B. occa-  
sionem editionis huius renouatae  
qualiscunque meae commentatio-  
nis. Si eadem orbem litterariorum  
facile carere potuisse, ut diuersa  
sunt hominum ingenia, existimas,  
iudicio virorum eruditissimorum  
me tuebor, a quibus mihi fere in-  
uita est extorta: minimum ea de-  
re Te persuasum esse velim, ex in-  
ani rixandi libidine, quam semper  
summo prosequutus sum odio ean-  
dem non esse profectam. De ac-  
cessionibus non est, cur Te pluri-  
bus moneam. Hinc inde ea an-  
notaui, quae meliorem dictis af-  
fundere possunt lucem, et ad ob-  
jectiones respondi, quae vel con-  
tra ea, quae attuleram, prolatae  
sunt,

VIII PRAEFAT. AVCT. AD EDIT. SEC.

sunt, vel minimum formari pos-  
sent. Propediem Schreiberia-  
num Schediasma adiectis notis et  
responsionibus meis Tecum com-  
municabo; id quod appendicis  
etiam loco huic libello adiungi  
poterit. (Dedi etiam id deside-  
rio nonnullorum, praesertim Bi-  
bliopolae, ut mea de immateria-  
litate animae commentatio, in  
qua multa occurrunt, quae di-  
ctis in praesenti libello lucem ad-  
fundere poterunt, eidem sub-  
necteretur.) Vale et faue. Si  
quid habes rectius istis, candidus  
imperti; si non, his vtere mecum  
in maiorem conditoris gloriam  
et solidiorem humanae mentis co-  
gnitionem. Dabam Regiomoni-  
ti Prusorum, anno Albertinae  
nostrae Iubileo. M DCC XLIV.  
mense Augusto.

PRAEFA-



## P R A E F A T I O.

**C**ommerciū mentis et corporis humani, illustre illud ac stupendum microcosmi phaenomenon, satis hactenus eorum, qui in causas rerum inquirunt, ingenia et industriam exercuit. Ferax recentior in primis aetas scriptorum huius argumenti et controversiarum mirum in modum fuit: adeo, ut nullo vñquam tempore de animae et corporis vñione explicanda, causisque illius indagandis Philosophi magis solliciti fuisse videantur. Haud ignota lo-

A quor,

quor, aut non exspectata iis, qui  
in historia rerum in litterario orbe  
gestarum non sunt prorsus hospites.  
Omnis enim propemodum anti-  
quorum Sophorum chorus cum  
vulgo facile in eo conuenerat, ra-  
tionem tam mirandi consensus,  
quem in mutationibus mentis et  
organici corporis animaduertimus,  
non nisi in mutua alterius in alte-  
rum actione, (quam *Physicum in-*  
*fluxum* vocabant Scholastici), esse  
quaerendam. Siue hoc ideo fa-  
ctum existimes, quoniam haec ex-  
plicandi ratio omnium facillima  
erat maximeque obuia; siue Phy-  
sicum hunc influxum ex parum in-  
tellecta mentis ac corporis natura  
aut incognita non paucis animae  
immaterialitate receptum fuisse ar-  
bitris; siue potius eundem per  
praecipitantiae ac subreptionis, ut  
aiunt, nimis vulgare vitium ho-  
minum animis sese insinuasse cre-  
das;

das; siue denique ex satis perspecta  
vtriusque entis indole a sapienti  
vsque (si eiusmodi cum *Steuro* in-  
geniosarum inuentionum fontem  
admittere placet,) saeculo per ma-  
nus traditum ad posteros hoc syste-  
ma peruenisse tibi persuadeas: nil  
impedio. Quamcunque enim am-  
pletearis de huius systematis origine  
sententiam, mihi perinde erit, nec  
instituto meo hic quidquam vel se-  
ritur, vel metitur. Quidquid enim  
sit, sceptrum tamen quacunque de  
ratione receptus alta pace per lon-  
gum saeculorum ordinem hic, quem  
modo dixi, in scholis gerebat in-  
fluxus Physicus. Admixta esse sim-  
plici huic explicandi rationi in tot  
otiosorum ingeniorum turba haud  
pauca, quae acumen olenit nimis spi-  
nosum ac ingenium in chimaeris si-  
ne numero fictionibusque excogiti-  
tandis foecundissimum, quilibet fa-  
cile colligere poterit. Scholaftico-

rum enim nonnullorum additamenta, quibus agendi modum determinare voluerunt, ad rem implicandam, quam explicandam magis faciebant. Id quod a veritate haud alienum experietur, qui periculum faciet ac eorum de hoc argumento scripta euoluet; talem enim ingreditur experieturque viam,

*Quale sub incertam lunam, sub  
luce maligna*

*Est iter in syluis.*

In plerisque tamen ac eo praesertim, quod rei caput erat, hucusque Philosophis cum vulgo ac plurima humani generis parte conueniebat: donec CARTESIUS nouam mundo lucem illaturus, ex distinctis philosophari notionibus, nec nisi clare cognitis, assentiri praecipiens, noui systematis, quod *Causarum Occasionalium* vocant, si non auctor, plus tamen, quam occasionalis causa existit. Hauserunt certe systematis

huius

huius principia ex scriptis eius, suisque exornarunt additamentis LUDOVICVS DE LA FORGE,\* CORDEMOY,\*\* et NICOLAVS MALLEBRANCHIUS \*\*\*), qui influxui Physico assensum denegantes, cum quod clare concipi non posset, tum quod motus legibus aduersari videretur, Θεὸν ἀπὸ μηχάνης arcessendum, ac ex immediata Supremi Numinis actione hanc mentis et corporis in suis mutationibus convenientiam explicandam esse, sibi persuadebant. Exhausta putasses quaecunque a mortalium ingenio hoc in negotio exspectari poterant, cum recentior aetas Virum tulit, qui omnium spem transgressus novo, quo vnio, quae mentem inter et corpus intercedit, explicari posset,

A 3 syste-

\*) In tractatu de mente humana.

\*\*) In libro de distinctione mentis et corporis.

\*\*\*) Confer eiusdem Entretiens sur la Metaphysique et tractat. de inquirenda veritate.

systemate Philosophorum locupletauit thesauros. Illustrem LEIBNITIVM me innuere, qui etiam a dissentientibus non potest sine summa laude nominari, omnes facile intelligunt. *Harmoniae is praestabilitae* auctor fuit, qua sat ingeniose, si modo sat vere, quicquid in isto commercio difficile erat, explicare sustinuit. Non mirum, quod haec hypothesis plurimis placuerit, cui vel ab solo auctore tanta accedebat commendatio. Quamuis itaque a FOVCHERIO, \*) BAELIO, \*\*) LAMIO, \*\*\*) CLARCKIO, †) illiſtri NEWTONO, ††) STAHLIO, †††) et aliis, plurimis impietita fuerit obiectionibus; non tam

\*) *Journal des Scavans de anno 1695.*

\*\*) *Dictionnaire Historique-Critique tit. Rorarius.*

\*\*\*) *Traité de la Connoissance de soi même.*

†) *Recueil de diverses pieces.*

††) *Ibidem.*

††† *In Enodationibus et negotio otioso.*

men defuerunt Viri eruditionis et ingenii laude praelustres, qui hoc systema excolendum et ornandum sibi sumserunt. Celeberrimi WOLFII et BÜLFINGERI scripta huic argumenti primaria ac laude mea maiora, sunt notiora, quam quae hic commemorari debeant. Exinde vero, signo quasi ab hisce Duumuiris sublato, certatim prodierunt Viri doctissimi, qui vel in illustranda vel defendenda, vel opugnanda hac hypothesi suam desiderari non sunt passi industriam. Nimis longum esset, omnes de Harmonia Praestabilita commutationes nominatim hic singulas recensere: cui enim non dictus Hydas! Eandem quoque ob rationem eorum, qui ex hisce memoratis systematis vel quaedam immutando vel combinando noua protulerunt, conatus lubens praetereo. Quocunque vero demum successu Viri

doctissimi huic hucusque inquisitioni vacauerint; egregium certe institutum omni laude esse dignissimum, nemo prudentiorum est, qui negauerit: non modo, quod Philosophorum est officium, in nuda facti seu phaenomeni ex experientiae fontibus hausta haud subsistere notitia, sed latentes eis incumbat rerum causas euoluere, velatasque caligine explicare rationes; verum etiam, quia cognitio ne nostrae ipsorummet mentis, (qua nihil nobis intimius est et proprius), nil dignius est, nil nobilior. Neque itaque culpandus mihi videbar, si tritam a tot Viris eruditissimis semitam rursus ingredi instituerem, ac quamuis ingenio illis non me comparare audeam, vestigia tamen illorum, quoad instituti similitudinem premere sustinerem: praesertim, cum post exantlatos tot labores nemo

huc-

hucusque praeter hypotheses nondum demonstratas quidquam protulerit in medium, ipse vero quamuis antiqua stabiliturus, certiora tamen eadem, ac suo nativo restituta nitori, (ni fallor), allaturus mihi videar. Evidem quamprimum Philosophiae sacris initiatus essem, et data occasione de commercii huius causa meditationes instituerem, Cartesiani systematis defectus et imbecillitatem a recentioribus, illustri LEIBNITIO potissimum detectam prompte perspiciebam. E contraria parte Harmonia Praestabilita, inuentum ingeniosissimum, mirum mihi arridebat in modum, ex quo illam recte percipere mihi datum erat. Verum cum vberius huius hypotheses fundamenta perlustrarem, saepe mihi dubiam traxit sententia mentem, physicus ne influxus fatis ab harmonistis esset confuta-

tus, quem tamen sine sufficienti ratione, cum hucusque communiter receptus fuerit, de sede sua haud deturbandum, nec reiiciendum esse; eo vero nondum sublato, nec dum admittendam esse harmoniam praestabilitam intelligebam. Magis vero magisque mea crescebat dubitatio, cum sublimioris Mechanicae principiis imbuto motus leges, ad quas a Viris celeberrimis, qui systema Physici influxus refutabant, potissimum prouocabatur, perspicere datum esset paulo altius. Cum vltiori haec meditationi reseruarem, ac eandem in aliud reiicerem tempus, accidit, vt inaugurali dissertationi eligenda mihi esset matrizes. Non deerant Viri summi, qui, quamuis Leibnitiana maxime iisdem alias probaretur Philosophia, influxum tamen Phsicum suo comprobabant calculo,

lo, \*) ac ut profundius hoc argumentum rimarer, mihi exsistebant auctores. Placuit consilium : dignum enim certe argumentum esse, et in quo industriam colloca-  
rem;

\*) Si auctoritate doctissimorum virorum suas propugnare sententias Philosophorum esset, possem hic haud paucos allegare a Philosophia Leibnitio Wolffiana non alienos, qui a Systemate influxus physici non abhorrent; nec modo e nostratis Theologum Consummatissimum nominare possem, in quo ut omnia summa, sic et excellens in Philosophicis acumen non possunt non mirari, qui eum intimius norunt: verum etiam ex Philosophis exteris Celeberr. HOLLMAN-  
NVM Leucoreae decus; nec non Viros Ex-  
cell. GOTTSCHEDIVM et RICHTERVUM,  
Philosophos Lipsienses clarissimos, (cum il-  
lius *Institutiones Philosophicae* et diss. *de Har-  
monia praestabilita*, istius dissertatio *Vindicias*  
sistens *Physici influxus*, huius denique diss. *de  
Machina et Spiritu* satis innotuerint;) tan-  
quam influxus Physici simul, ut et Leibni-  
tianae Philosophiae patronos producere pos-  
sem. Sed rationibus sententiam defendere,  
quam B. L. assensum auctoritate emendicare  
malo, neque Harmonistis vel Occasionalistis  
ansam praebere, ex talionis iure mecum agen-  
di, conueniens existimo.

rem, et de quo cum Viris doctissimis publice sermones conferrem, mihi extra omnem dubitationis aleam constitutum videbatur. Ne igitur solo praeescriptionis iure, (sit venia vocabulo ex Iureconsultorum scholis petito) hoc systema tueri velle viderer; excutiebam qualiscunque cognitionis philosophicae loculos, ac intensiori studio, Deo Duce, me accingebam ad opus, quo tandem vel veritatem, vel falsitatem Physici influxus inuicte demonstrare possem, quod a nemine hactenus factum memini. Nec sine omni successu meam mihi hac in re collocasse videbar industriam. Quamuis enim saltus et metamorphoses motuum et idearum, quos sibi fingeant scholasticorum nonnulli, a Viris, quos supra memoriai, acutissimis non sine ratione impugnatos esse ac reiectos perspicerem:

nec

nec tamen ideo omnem mentis in corpus actionem, in qua influxus Physici constituebam essentiam, omnimode reiiciendam esse comperebam. Deprehendebam nimirum, nec sine meo stupore, euolutis notionibus ex genuinae Metaphysicae principiis, ipsaque recentiorum Dynamica influxui Phisico stabilimentum accedere firmissimum, nec modo commer- cium mentis ac corporis per eundem esse explicandum, verum etiam decantatum istud problema de communicatione, quae inter substantias quascunque intercedit finitas, simili ratione resoluendum perspiciebam. Sic ergo alia iam mihi apparebat Philosophiae facies. Harmoniam enim in uniuerso obseruabam magis harmonicam; nexus causarum efficien- tium ac effectuum non apparen- tem amplius deprehendebam, sed

realem; mundum denique dignissimum sapientia diuina, Physicus mihi sistebat influxus: verbo, tanta meditationum dulcedine ex comprehensa influxus Physici veritate capiebar, ac si ex mundis possibilibus, (in his enim reliqua systemata locum modo inueniunt,) in actualem delatus essem. (vide Illustris LEIBNITII Theodiceam §. 416.) En! Lector Beneuole, sic mihi subnata opella leuis et breuis, quae hic oculis et examini tuo subiicitur. Primo quaedam in ea de commercio mentis et corporis generalia adferuntur, deinde meam pro influxu Physico demonstrationem profero in medium, obiectiones denique Cellerimorum Virorum (ne quid tractationi desit,) contra memoratum systema, ea, qua par est, modestia expendo. Haec omnia tam breuiter, quam materiae vberitas, tam dilucide, quam tenebrae eius

eius et opacitas permiserunt, ac Deus lucem dedit et ingenium, persequor. Si conatui respondebit euentus, ac ad promouendam utilem humano generi scientiam quidquam contulerim; nil mihi dulcius continget, nil exoptatius: si vero antecessorum hoc in negotio experiar fortunam; facilem aequi Lectoris in re omnium difficultima, in qua et voluisse magnum est, mihi promitto veniam: imo, si modo vel allucinando aliis viam ad veritatem monstrauerim, neque id grauiter feram. Haud enim ita me amor suscepti operis fallet, ut veritate forsan ab aliis detecta sententiae propositae obstinatus mihi inhaerere proponerem: cum veritate nil Philosopho magis debeat esse in deliciis. Interim tamen solatium mihi erit cum R. P. TOVRNEMINIO,\*) si quid secus accide-

\*) Ita enim ille: cum suam de commercio mentis et

ciderit, plures me et illustres in hoc  
infortunio habere socios. Vnum est,  
quod Lectorem Benevolum roga-  
tum volo, ut, si leuem hanc opellam  
lectione dignatur, haud fugitiuo  
eandem peruvoluat ocello. Cum  
enim in re difficulti multa, ex intima  
mentis corporisque natura, motu-  
umque ac representationum paucis  
fatis perspecta indole, mihi deriuand-  
a fuerint: hanc non immerito ae-  
quitatem postulo; ut, si quid prima  
specie paradoxon appareat, non  
praecipiti id ante examen reiiciatur  
iudicio. Sed, ne cuiquam forsan, ut  
olim Diogeni, spatiofissima porta  
villulae exiguae praefixa cachinnum  
moueat: non vberius praefabor;  
verum Deo duce, eiusque auxilio in-  
stitutum iam exequi adgrediar.

## SECTIO

et corporis peculiarem proposuisset sententiam:  
*Si je me trompe j'aurai d'illustres compagnons dans ce malheur. Il est toujours beau de tenter une decouverte, ou tant de grands genies ont echoué,* Confer  
*Memoires de Trevoux a. 1703. mense Maio p. 870.*

## S E C T I O N.

DE

COMMERCIΟ MENTIS ET  
CORPORIS HUMANI, VARIISQUE  
ILLVD EXPLICANDI MODIS  
IN GENERE.

## §. I.

*Commercium mentis et corporis quid sit.*

**C**ommercium mentis et corporis humani est perceptionum, quibus res extra nos positae repraesentantur, a mutationibus corporis nostri, eis praesertim, quae in sensoriis eiusdem organis contingunt, nec non quorundam in corpore motuum, ab appetitibus mentis, quoad determinationem speciei ac coëxistentiam, (vel, si mauis, immediatam successionem) dependentia.

Commercium hoc *harmonia* quoque simpliciter, nec non *concordia* et *communio* mentis et corporis appellatur. Sunt, qui vniōnem pro commercii habent synonymo, quam tamen, qui accuratius philosophantur, sollicite ab eodem distinguere solent: vnio enim diuerso respectu, aut fundatum est commercii, aut sequela. Confer. Doctissi-

mi HOLLMANNI *Institut.* *Philosoph.* Tom. I.  
Physic. §. 78. et 79. p. 477. edit. prim. et Celeb.  
BILFFINGERI *Dilucidar.* *Philosoph.* §. 319. p. 311.  
vt et eiusdem tractatus *de Harmonia Praestabilita*  
§. 3. 4. Sed de nomine nemini, modo rem te-  
neat, litem mouebo. Satius existimo magisque in-  
stituto profuturum meo, nonnulla, quae datae adfun-  
dere lucem possunt definitioni, hic adferre in me-  
dium. Omnium primum nolle, vt quemquam  
dependentiae vocabulum rapiat in transuersum, aut  
in eam ex nimium sollicito, sed inani, metu indu-  
cat cogitationem: supposuisse me statim in differ-  
tationis limine, quod erat in quaestione, ac calli-  
de influxum Physicum, cuius demonstrationem sum  
pollicitus, in commercii intulisse definitionem. Sed  
nodum quereret in scirpo, qui talia suspicari velit,  
cum nullus hic in herba anguis lateat. Non enim  
dependentiam causalem intelligo aut effectiuam: ve-  
rum in generali vocabulum adhibeo significatu, quo  
id ab alio dependere dicimus, quod rationem eo-  
rum, quae ipsi insunt vel adsunt, siue effectiva fit,  
siue solum exiguita, habet in alio; seu si vis aliter,  
quod posito alio ponitur, sublato tollitur. Non  
recedere me a recepto significatu, GOCLENIVS te  
docebit in *Lexico Philosoph.* p. 508. quem adeas, si  
exempla cupis variasque dependentiae distinc-  
tiones: si vero definitionem distincte enucleatam,  
confer, amabo, Philosophi aeui nostri facile prin-  
cipis, WOLFFII *Ontologiam Latinam* §. 851.  
p. 633. Dixi, commercium istud inuoluere de-  
pendentiam. Sed quaenam, inquieres, sunt, quae a se  
inuicem in commercio mentis et corporis depen-  
dent?

dent: num fortassis omnes mentis mutationes immediate a corporis motibus, omnesque corporis mutationes a mente dependent, hacque dependencia absoluetur commercium quod mentem inter et corpus intercedere dicitur? haudquaquam. Sunt enim motus in corpore, qui ab *externis* in eodem causis excitantur, quos nemo a mente dependentes afferuit vñquam: sunt alii, per solum corporis mechanismum explicabiles, qui *naturales* vocantur. E contraria parte mens sua vi se ad appetendum determinat, conuenienter rerum representationibus, suaque format decreta: quis vero voluntatem hosque illius actus immediate a corporis motibus dependere dixerit. Nec minus mens nostra ex perceptionibus vterius deducit iudicia, atque ex horum combinatione elicit ratiocinia: quae omnia a corpore excitari, vel ab eodem immediate dependere, nulla ratione euinci poterit. Hae igitur memoratae mentis corporisque mutationes non dependent ab aliis: sed potius ab harum quibusdam, quas *dirigentes* dicam in postérum, aliae vel mentis vel corporis in commercio mutationes dependent, quas *dependentes* appellabo. Eae autem mutationes, quae positis aliis demum ponuntur ac ab iisdem dependent, sunt partim perceptiones rerum extra nos positarum, partim certi quidam in corpore motus. Si vero, quae a quibus dependeant, scire desideras distinctius: et id habes in definitione. *Motus in sensoriis corporis nostri organis* excitati praecipue, non tamen exclusis aliis in corpore mutationibus, vt mox sequentes docebunt paragraphi, sunt, a quibus mentis dependent *percep-*

*ptiones.* *Dirigentes vero in mente mutationes, a quibus dependent certi corporis motus, sunt appetitus, qui prout vel a distincta, vel confusa representatione oriuntur, vel rationales dicuntur, vel sensitiui (de actibus loquor, non de facultatibus).* Denique etiam dependentiae species in definitione indicata est modusque duplex. Dependent enim iam memoratae mutationes a suis dirigentibus 1) *quoad determinationem speciei*, quam Celeberr. WOLFFIUS Scholastico vocabulo specificationem dicit, in *Psychologia empirica* §. 962. h. e. in mutationibus dirigentibus ratio qualiscunque continetur, cur tales potius, quam aliae in mente, vel corpore oriantur representationes vel motus: 2) Dependent *quoad coexistentiam s. immediatam successionem*, h. e. ratio coexistentiae qualiscunque mutationum dependentium in mutationibus dirigentibus continetur. Si terminos Philosophicos ad vulgarem reuoco loquendi rationem, idem est, ac si dixerim: dependentia haec talis est, ut, si quae ras, quapropter iam hoc tempore motus oriantur in corpore, responderi possit, quoniam nunc appetitus in mente sunt praesto; et, si requiratur, quare iam hoc momento in mente excitentur certae quae dam representationes, regerere possimus: quoniam motus in sensoriis organis existunt; itidem que si requiratur, cur tales iam in corpore motus excitentur, talesue in mente representationes; iterum responderi queat: quoniam tales in mente sunt appetitus, talesque in sensoriis organis motus h. e. quoniam mutationes dirigentes huius determinatae sunt speciei. En habes definitionem verbosius

bosius explicatam. Nil iam superesse existimo, quam, ut definitionis traditae, quae subsequentium fundamentum erit, adstruam realitatem, ac id, quod definiui, commercium reuera exsistere, ex experientiae indubitatis ostendam testimoniis.

### §. II.

*Certae perceptiones mentis certis mutationibus  
organorum sensoriorum respondent.*

*Si ad ea, quae in mente, si ad ea, quae in corpore nostro contingunt, attendimus: quamprimum obiecta externa organa nostra sensoria recte constituta adficiunt, mutationesque in iisdem excitant; confessim in mente perceptiones exoriri, quae obiecta ista nobis praesentant; easdemque, cessante motu in organis sensoriis ab obiectis excitato, statim euanscere, animaduertimus. v. g. Si oculos soli obuertas, quamprimum iisdem apertis solares per pupillam visus nostri organa ingrediuntur radii, exemplo in mente praesentatio oritur, quae splendidissimi huius sideris nobis sicut imaginem, quaeque mox euanscit, si facie auersa clausis oculis luminosos eiusdem radios ab aditu in eosdem arceas.*

Similiter si tremulus aëris motus ab ex-  
ploso excitatus tormento aures ferit no-  
stras, eodem momento, licet antea alia  
omnia cogitauerit, fragorem hunc soni-  
tumque intensissimum animus viuidissime  
percipit. Eadem ratio est reliquorum  
sensuum, tactus videlicet, gustus et odo-  
ratus.

Quid in organis corporis nostri fiat, dum sen-  
sationes contingunt, v. g. qua ratione videndi, au-  
diendi et sic porro actus in corpore peragantur,  
Physici te docebunt et horum propago, Physiolo-  
gi medici. Conf. DV HAMEL *de corpore anima-*  
*to* lib. I. seqq. et Celeb. WOLFFIUS in *Physica*,  
nec non Celeb. Medici BOERHAAVE in *institu-*  
*tionibus medicis* et HOFFMANNVS in *medicina*  
*systematica*. Ceterum non sine sufficienti ratio-  
ne organa in hoc phaenomeno rite constituta re-  
quisui: etenim vel soli oculorum morbi quem-  
libet docere possunt, quod praeternaturalis orga-  
ni constitutio perceptionem impedire possit, imo  
prorsus tollere. Notum enim est, quod humo-  
ribus oculi depravatis, tunicisue, membrana retina,  
vel neruo optico laesis, visio vel imperfecta fiat  
vel prorsus nulla. Conferri merentur BOERHA-  
AVII *instit. med.* p. m. 209. qui ibidem etiam reli-  
quorum sensus organorum recenset morbos, effe-  
ctusque exinde propullulantes.

## §. III.

*Nec non aliis corporis conditionibus.*

*Nec minus, determinatis aliis corporis conditionibus certas semper iungi perceptio-nes, quae eisdem respondent, animaduertere licet.* Sic dum noxii morborum impe-tus corporis nostri varie adficiunt machi-nam, sanguinis aliorumque fluidorum na-turalem mirifice perturbant motum; par-tes soluunt continuas; spiritus nerueos praeter modum exagitant; nerueas deni-que cerebri fibrillas modo tendunt ex-traordinario; consuetamque cerebri pror-sus immutant temperiem: mentem op-pleri confusis, dolorificis, ac inordinatis repraesentationibus; saepe statu suo de-iici; imo etiam prorsus redigi ad insaniam, saepissime obseruatur. Testes sunt febri-citantium insomnia nec non maniacorum deliria.

*Hoc accedit: ut videamus corpus ut ipsum*

*Suscipere immanes morbos durumque do-lorem:*

*Sic animam curas acres luctumque metumque.*

*Quin etiam morbis in corporis auius errat*

*Saepe animus, dementit enim deliraque fatur.* Lucretius.

Restituta vero corporis ordinaria tempe-  
rie, cessante, vi medicaminum, turbido  
humorum in corpore motu, et mens re-  
ficitur, iamque ad ordinatas reuertitur  
repraesentationes.

*Nam mentem sanari, corpus vt aegrum*

*Et pariter flecti medicina posse vide-  
mus.*

Sic, qui nimia potulentorum spirituoso-  
rum copia obruunt ventriculum, non  
modo in corpore excitant sanguinis alio-  
rumque humorum aestum, cerebrumque  
spirituum neruorum oppalent abundan-  
tia, vnde membrorum consequitur gra-  
uitas, (vt poëta loquitur) praepediuntur  
crura vacillantibus, ac lingua tardescit:  
verum

verum etiam mens aequa ac fluidorum motus in corpore perturbatur, adeo, ut iam tectum eisdem ambulare incipiat, ac ita sui obliuiscantur, ut, ubi sint, ubi non sint, id omnium maxime nesciant.

*Cir ea sunt, nisi quod vehementis violentia vini*

*Conturbare animam consuevit corpore in ipso.*

Similia fere Plethorici experiuntur phaenomena, quibus non modo ob abundantem sanguinis copiam sanguifera nimis extenduntur vasa, ac cerebrum spiritibus repletur nimis, verum etiam mentis obtundituras. Denique inter omnes constat, mentis vigorem aetatem sequi, vel potius dispositionem habitumque corporis. Sic infantes in cunis adhuc vagientes, somniantibus fere magis similes, quam vigilantibus, dum tenerum, quo praediti sunt, corpus nondum vel sufficientes, vel satis agiles in molli cerebri substantia producere spiritus, permittit, de rebus plerisque confusas et obscuras saltem sibi res.

praeſentationes formant: adolescentē de-  
nique ſenſim corpore, iam auctior men-  
tis viſ euadit, perceptionesque magis di-  
ſtinctae, donec tandem corpus annis gra-  
ue, moleſtiisque innumeris debilitatum  
obtundere mentis vires incipit, ac infan-  
tiae ſtatum reuehere videtur.

*Praeterea gigni pariter cum corpore et  
vna*

*Crescere ſentimus pariterque ſenſcere  
mentem.*

Confirmantur haec ſingula mirifice iis ob-  
ſeruationibus, quas, qui de temperamentis  
ſcriperunt, Philosophi, proferre ſolent in  
medium.

*Cuncta haec conuenientiae mentem inter et cor-  
pus phaenomena ad vnicum reduci poſſunt: ni-  
mirum ad conuenientiam perceptionum, ſeu depen-  
dentiā potius a certis fluidi neruei motibus, qui  
in communi ſensorio, ſeu ea cerebri parte, in qua  
cuncta neruorum principia comprehenſa concipiun-  
tur, contingunt. Etenim, omnes perceptiones me-  
diantibus neruis demum in cerebro oriri, a Physi-  
cis oſtentidur. Nerus hos vero a ſensoriis organiſ  
propagatos, in certa quadam cerebri parte con-  
nexos eſſe, ab iisdem dudum obſeruatū, atque  
haec iſta pars eſt, quae ſenſorium commune, mihi  
etiam, ob rationes infra allegandas, primum corporis  
mobile*

*mobile* appellatur. In hoc sensorio communi consequuntur motus, si sensatio peragitur; in eodem fluidum exagitatur nerueum, dum morbi vis vel sanguinem varie afficit, aut extraordinario concitat motu; vnde, ob sanguinis et fluidi neruei nexum, motus in cerebro non possunt non consequi. Similiter quoque in ebrietate, vel nimia sanguinis abundantia, ob eandem rationem, commune hoc sensorium mutari necesse est. Denique etiam, cum pro diuersa aetate, spirituum nerueorum et copia et indoles varietur, nec non subtilissimi in cerebro canaliculi vel rigidiores, vel magis flexibles fiant, et ab horum omnium qualitate motus etiam dependeat in cerebro diuersitas; diuersos quoque in sensorio communi excitari motus necesse est: atque etiam hinc intelligi poterit, cur pro diuersa hominum aetate et diuersus detur mentis status, si modo, hunc a cerebri, in primis vero sensorii communis mutationibus, ac motibus fluidi neruei in eodem agitati dependere ac eorundem statum sequi, supponas.

#### §. IV.

*Duplex perceptionum mentis a mutationibus corporis dependentia demonstratur.*

*Perceptiones mentis a certis conditionibus corporis, in primis vero a motibus in organis sensoriis excitatis, quoad speciei determinationem, et quoad coexistentiam (vel immediatam successionem) dependent. Et enim, certis corporis conditionibus iungi semper*

semper determinatas in mente represe-  
tationes (§. 3.); nec minus eodem, quo  
organa nostra sensoria ab externis obie-  
ctis adficiuntur, tempore, in mente eorum  
dem exoriri perceptiones (§. 2.); per ob-  
seruationem constare ostendimus. Sunt  
ergo motus hi, determinataeque conditio-  
nes indices representationum, ac ex iis-  
dem intelligi potest, cur tales potius sint,  
quam aliae, ac cur hoc potius, quam alio  
tempore in mente contingant. Ratio hinc  
determinationis speciei et coexistentiae  
perceptionum cum motibus quibusdam  
conditionibusque corporis in iis motibus  
continebitur (§. 56. Ontol. Lat. WOLF-  
FII). Mentis ergo perceptiones a corpo-  
ris certis conditionibus, praesertim a mo-  
tibus in sensuum organis excitatis, et quo-  
ad suam cum iisdem coexistentiam, et  
quoad speciei determinationem depen-  
dent (§. 851. ontol.)

Sistit tibi B. L. non solum perceptionum a mu-  
tationibus corporis haec paragraphus dependentiam,  
ex obseruationibus illatam, verum etiam haud pa-  
rum confert ad dependentiae hujus naturam me-  
lius

lius perspiciendam. Vides enim, haud aliam ob rationem eandem me admisisse, quam, quia ex corporis mutationibus intelligi potest, et cur tales, et cur hoc potissimum tempore existant in mente perceptiones. Id vero fieri posse, ex observationibus constabat, quae perpetuam certae perceptionum speciei cum corporis determinatis conditionibus, quas repraesentant, et referunt coexistentiam, et conjunctionem extra omnem dubitationis ponunt aleam: sicque legem exhibent, qua cognita, non poteris non ex corporis mutationibus praesentibus intelligere, cur in mente adfint hae repraesentationes potius, quam aliae, cum easdem, corporis mutationes referre semper scias. Verbo, quia modificationes corporis rationem in se continent perceptionum animae, quatenus et cur hoc potius tempore existant, talesque sint potius, quam aliae: ideo has ab illis dependere adserui hisque fundamentis dependentiam mentis a corpore stabilii. Qui fiat, ut motus in corpore rationem mutationum animae in se contineant; vtrum id ideo contingat, quoniam motus in corpore mentis perceptiones producunt; aut quoniam aliud ens in producendis mentis perceptionibus corporis motus tanquam typum sequatur; aut num alio modo res explicari possit, id deinceps videbimus. Causalem ergo dependentiam in hoc paragrapho me nondum stabilire voluisse, sole patet clarius. Haec etiam fuit ratio, cur motus dixerim in se quidem continere rationem, cur iam hoc tempore et tales oriantur perceptiones in mente, non vero cur omnino existant, (h. e. dependere perceptiones a motibus corporis quoad coexistentiam

et

et specificationem, non vero immediate quoad existentiam). Etenim rationem quidem contineri in motibus testatur experientia, cur existant perceptio-nes tales et hoc tempore: verum non cur omnino existant et producantur. Hoc enim actionem argueret, illud vero nequaquam. Si vis rem in exemplo, accipe sequens. Concipe tibi pictorem, qui Psittacum elegantissimis coloribus insignem sibi oblatum ad viuum depingit: ex auis figura et qua-litate intelligere poteris, cur imago talis potius sit, quam alia; non vero cur existat, utpote, cuius ra-tio in pictore continetur. Aliud exemplum in ser-uo isto mechanico, qualem sibi ~~LAQVELOTIVS~~ singit, ad illustrandam harmoniam praestabilitam, habere poteris. Differt ergo ratio existentiae a ra-tione qualitatis et coexistentiae. Cur haec adeo operose inculcanda iudicauerim, ex infra dicendis apparebit.

### §. V.

*Decretis mentis nec non eiusdem affectibus  
motus nonnulli in corpore respondent.*

*Ex altera parte, quaedam corporis no-stri membra variis concitari motibus, quam primum mens, ut existant, vult et decernit, eosdemque sisti et cessare, si animae, ut cessent, libitum fuerit, obseruamus.* Etenim, dum de conscribenda dissertatione propositum concipio, ac mens post institutam medi-tatio-

tationem, ut manus operi admoueat, de-  
cernit: confessim eiusdem mandata ma-  
nus exsequitur, calatum arripit ac men-  
tis cogitata consuetis signis et charac-  
teribus i. e. literis mandat. Quamprimum  
vero animus scriptionem intermittendam  
iubet ac decernit: extemplo manus quie-  
scit et sic porro. *Similiter etiam extraordina-*  
*rios, fluidorum in primis, motus in corpore exo-*  
*riri videbis, si in mente vehementior appeti-*  
*tus excitatur gradus.* Affectionum quot spe-  
cies, tot huius asserti habes documenta. In-  
tuere hominem cuius animum ira accen-  
dit; ut aestuat ab imis praecordiis sanguis,  
ut multus in ore toto rubor, qui sanguinis  
manifeste prodit effervescentiam, obser-  
uatur, ut agitantur manus, ut pedibus pul-  
satur humus, ut alios atque alios facies  
successive habitus induit et colores. Num  
dubitabit ulterius haec animaduertens,  
mente affectibus concitata, extraordinaria-  
rios sanguinis in primis, aliorumque flu-  
idorum excitari in corpore motus? Idem  
enim, quod in ira, id in aliis etiam obser-  
uari

uari licet adfectibus ; quamuis non in omnibus simili euidentia, ac mutata pro eorundem diuersitate motus specie. Ut enim in ira ex intimis pectoris penetrabili bus versus extimas sanguis agitur partes : sic in terrore v. g. aliisque adfectibus idem ab externis partibus introrsum versus corporis propellitur, (quem motum *αἴλων* vocat HIPPOCRATES), id quod pallor in subito terrore perculsis testatur.

Habes hic phaenomena dependentiae motuum ab appetitu. Ostendi nimirum, quod partim voluntatem, id est, appetitum rationalem, certi organorum corporis motus consequantur, partim etiam ad adperitum sensituum, cuius vehementiores actus, affectus dicuntur, determinati praesto sint fluidorum praecipue, in nostro corpore motus. Nolitiones, ut vocant, et auerstiones, cum voluntatem, s. volitionem potius ac appetitum contrarii inuoluant, sub his phaenomenis comprehensas, non exclusas esse; haud erit, cur pluribus hic moneam. Id vero hic silentio praeterire non possum, haud omnes, quos cunque vult anima, in corpore exoriri motus et consequi. Sunt enim, qui eius non subiacent imperio; et quicunque etiam eius nutibus parent, non nisi pro mechanica corporis structura consequuntur, ac nulla priorsus alia ratione. Sic v. g. mens nostra sanguinis aliorumque humorum motum pro lubitu sistere nequit,

nequit, aut inhibere; nec peruersus fluidorum in corpore nostro habitus interno mentis iussu, sed externis remediis curandus venit. Sic partes corporis interiores nutritioni motibusque vitalibus destinatae, cor, stomachus aliaque viscera nostro nutui non parent, nostroque haud sunt subiectae imperio: nisi quatenus circa res externas, a quibus alia atque alia harum partium conditio dependet, dispositio quaedam menti est relicta. Sic nec capilli dicto sunt obedientes et sic porro. Similiter corpus veluti Mercurius alatus volatum imitari auium; aut latissimum saltu flumen traicere omnino non poterit; licet hoste tergum premente fugitiuus miles id cupiat quam maxime, ac de eiusmodi actionibus vel centena formet decreta. Etenim, nec structuram corporis, nec molemeius ac pondus talia permittere, nemō non perspicit; frustraneus ergo in eiusmodi casu mentis conatus. Quoties limitatum hoc mentis in corpus suum perpendo imperium, toties sapientissimum hic Numinis consilium mirari et venerari soleo, quippe qui non sine grauissimis rationibus sphæram activitatis menti tribuendam his potius, quam aliis, circumscripsit limitibus. Idem mecum faciet, qui, quae tum commoda inde in humanum genus, tum finibus aliis diuinis conuenientia ex hac consequantur limitatione, tacita attentione prosequetur.

Vtrum vero ante lapsum primi nostrum omnium parentes minus limitatum in corpus regimen exercuerint, vel plane immortalitatis eorum in eo situm fuerit fundamentum, quod vitiosos, si qui exorti fuissent, fluidorum in corpore motus inhibere, salubres solo nutu suo promouere potuerint;

C deplo-

deplorando autem illo vetiti fructus esu, singulari,  
(vt singit BONARTES de Concordia Rationis et Fidei  
p. m. 260.) scatentis veneno, neruorum non paucis  
ductibus obstructis, deprauata mirifice corporis ma-  
china, omne illud denique magna ex parte amise-  
rint imperium: de eo aliis iudicium relinquo, ego  
hic supra scripturam nil sapio. Ceterum, si recte  
memini, obseruationes quasdam Teleologicas de  
limitata a mente corporis dependentia apud NIE-  
WENTIITIVM Benevolus Lector inueniet in vti-  
lissimo opere *vom rechten Gebrauch der Welt-Ber-  
schauung* quod nuper e Belgico in germanicum trans-  
latum prodiit cum praef. WOLFFII. Ultimum,  
quod circa hoc phaenomenon obseruandum du-  
co, esto sequens: organa, quae a mente dependent  
non moueri, nisi sana sint et integra, necrique, qui-  
bus mediantibus cum cerebro connectuntur nec laesi  
aut lacerati; alias enim frustra mens imperabit motum,  
experiencia teste. Id quod iterum euincit, singula er-  
iam corporis a mente dependentiae phaenomena ad  
vnicum posse reuocari: nempe ad dependentiam  
principiorum nerueorum, quorum complexus ut su-  
pra *commune sensorium*, sic hoc respectu *primum cor-  
poris mobile* merito appellari potest, termino ab an-  
tiquis Astronomis mutuato; cum primi motus in  
eodem concipi possint, antequam externa corpo-  
ris organa moueantur. Nec obstant huic hypo-  
thesi, motus fluidorum sanguinis, praecipue in affe-  
ctibus extraordinariis: ob nexus enim sanguinis  
cum fluido neruo, quo minus neruis demum com-  
motis, mutatoque primo mobiliter perturbari sanguini-  
nis demum ordinarium motum adseramus, quid ob-  
sta

stat. Quod organa attinet, quibus voluntarii praepri-  
mis motus peraguntur: eadem non, nisi musculos es-  
se, qui a neruis, eorumdemque fluido reguntur, omnes  
consentient. Strukturam eorum mirificam expo-  
nunt Anatomici; quomodo autem eisdem median-  
tibus variis animalium motus contingere possint, ele-  
gantissime magni nominis olim Mathematicus I. AL-  
PHONSVS BORELLVS in absolutissimo *de Motu  
Animalium* explicat opere. Vires ibidem Vir acu-  
tissimus muscularum, supra modum stupendas ad  
calculum reuocat, talesque esse ex mechanicis prin-  
cipiis demonstrat, ut exigua spirituum animalium vis  
ac debilis impetus, eorum ope maximos producere  
possit effectus. Sic v. g. ostendit muscularum glu-  
teorum vim superare ponderis 375420.  $\text{lb}$ , vires  
muscularum mansorum et temporalium 16020.  
 $\text{lb}$ , muscularum intercostalium 32040, Deltoidis  
supra 61606.  $\text{lb}$ , et sic porro, l. c. P. I. prop.  
124-128. p. 159. seqq. Vnde patet: si qua for-  
san menti vis tribuenda erit, agendi in corpus, ean-  
dem non, nisi exiguum esse supponendam; cum tot  
potentissimis mechanicis in suis actionibus in corpus, mo-  
tibusque producendis subleuetur. Accedit, quodsi  
fibrillas cerebri aequaliter tensas vtrinque ac in aequi-  
librio, quiescentibus muscularis, constitutas tibi con-  
cipias (ut FOVCHERIVS supponere videtur conf.  
BVLFFINGERI tract. *de Harmonia Praestabilitate*)  
minorem adhuc vim, quam muscularum permittit  
potentia, sufficere ad motus voluntarios aliosque in  
corpo producendos. Id quod ex mechanicis  
constat, vbi, vel ipsiusculum in curatiori bilance  
aequilibrium tollere debere, demonstratur. Plura

hic, nec inutilia etiamnum adiicere possem, nisi tae-  
dia Lectorum ex mora nimia vererer: transeo igitur  
ad paragraphum sequentem.

## §. VI.

*Dependentia duplex corporis a mente  
demonstratur.*

*Varii in Corpore motus a mentis volun-  
tate, seu adpetitu rationali, nec non sensi-  
tiuo adpetitu dependent, quoad coexistentiam  
vel immediatam successionem et quoad spe-  
cificationem, seu determinationem speciei.  
Iunguntur enim semper certi motus cor-  
poris, volitionibus mentis et sensitiuo ad-  
petitui (§. 5.); siue iisdem coexistant,  
siue proxime sequantur ac succedant. Hi  
ergo adpetitus rationem in se continent,  
cur hi potius, quam alii motus et hoc po-  
tissimum, quam alio tempore in corpore  
contingant (§. 56. ontolog.). Dependent  
igitur motus varii in corpore a mentis ad-  
petitu rationali et sensitiuo, secundum co-  
existentiam vel immediatam successionem  
et determinationem speciei (§. 851. ontol.).*

Quae supra ad paragraphum 4tum notaimus de  
genuina dependentiae notione, hic sibi B. L. reuo-  
cet in memoriam.

## §. VII.

## §. VII.

*Commercii mentis et corporis realitas  
euincitur.*

*Commercium mentis et corporis huma-  
ni indubitatis experientiae testimonii niti-  
tur.* Nam experiri dicimur, quaecunque  
ad perceptiones nostras attenti, obserua-  
mus (§. 664. *Logic. Lat. WOLFFII*). Sed  
ad perceptiones nostras attenti, iungi  
semper certas mentis perceptiones cum  
motibus ab externis objectis in organis  
nostris sensoriis excitatis (§. 2.) nec non  
aliis corporis nostri conditionibus (§. 3.)  
animaduertimus. Similiter determinatos  
in corpore motus excitari obseruamus,  
quam primum tales vel mentis voluntas  
vel appetitus sensitivus requirit (§. 5). His  
obseruatis dependentia representationum  
a motibus in organis sensoriis aliisque  
corporis conditionibus (§. 4.) et depen-  
dentia motuum a mentis appetitibus, (§. 6.)  
quoad determinationem speciei et coexi-  
stentiam vel immediatam successionem ni-  
titur. Indubitatis ergo experientiae te-

stimentiis, dari Commercium mentis et corporis, euictum est (§. I.).

En! realitatem definitionis nostrae §. I. suppeditatae, quam supra promisimus euincendam, hic euictam ac stabilitam. In superioribus §§, et animaduersionibus iisdem adiectis cuncta, quae circa Commercii huius definitionem notanda erant, ni fallor dilucide sunt explicata. Vnicum hic adiiciam: non sine ratione me adseruisse, quoad coexistentiam dependere mutationes quasdam a suis dirigentibus, vel etiam quoad immediatam successionem: cum enim ex experientiae fontibus stabilire definitionem constitueram; illa vero nobis non determinate ostendat, utrum coexistant vel potius sibi immediate succedant, sed quod modo immediate iungantur; nil etiam determinandum censui. Ceterum, cum de immediata successione loquor, tempus, si quod inter motum externi organi vel membris corporis et perceptionem ac appetitum mentis intercedit, non obseruabile esse, innuere volo.

### §. VIII.

*Explicare commercium mentis et corporis  
quid sit? Systema quid?*

*Explicare dicitur commercium mentis et corporis, qui rationem eiusdem reddit. Modi vero quilibet explicandi commercium mentis et corporis vel, si maius, hypoth-*

potheses ipsae per quas eiusdem ratio redditur, *systemata explicandi commercium mentis et corporis* appellantur.

Si quis existimet, explicare commercium mentis et corporis aliud non esse, quam ostendere modum, quo fieri possit: is parum a me dissentiet; cum is, qui modum commercii ostendit; nil agat aliud, quam, ut proferat talia ex quibus intelligi possit, cur illud fieri queat, et sic eiusdem reddat rationem. Id tamen probe obseruandum: dari in explicando gradus, ac aliud esse ostendere modum generaliter, aliud specialiter, aliud specialissime; nec explicationem phaenomeni cuiusdam generalis, qua saepe contenti esse debemus, omnino nullius pretii esse ducendam. Systematis quidem vocabulum videtur hic a generali sua significatione paululum deflectere, cum in genere complexum plurium in uno conuenientium, seu ad unum tendentium, denotet. Attamen, cum usus loquendi iam hunc vocis ferat significatum, non ab eo recedere integrum existimo. Plura systematum in nostro sensu exempla eae nobis sicutunt una scientiae, quae circa rerum naturalium explicationem versantur v.g. Ex Astronomia huc pertinet *Systema Ptolemaicum, Tychoanicum et Copernicanum*, ibidemque, quod circa explicationem fixarum mutabilium earundemque phaenomenorum occupatum est *solum Systema diuiditorum*, quodque nuper in singulari dissertatione sub examen vocavit Celeb. WOLFIVS. Ex Physica, speciatim in doctrina de generatione plantarum *Systema inaolutionis et præ-*

*existentiae liberae* et sic porro. Nisi me omnia fallunt noster systematis significatus systematis Astronomicis originem debet. Cum enim eadem proprie systemata vocabantur, quoniam dispositionem quandam ordinatam corporum coelestium exhibebant; simul autem hypotheses erant, quibus vtebantur Astronomi ad explicanda motuum coelestium phaenomena: factum deinde, ut aliae etiam hypotheses in philosophia systematum nomine insignirentur.

### §. IX.

*Philosophi officium circa commercium  
mentis et corporis.*

*Philosophorum est, verum aliquod explicandi commercium mentis et corporis indagare systema.* Quis enim nescit, Philosophorum esse officium, ut reddant rationem rerum quarumcunque, cur et quomodo fiant (§. 46. Prol. Philosoph.)? Ex earum igitur numero Commercium mentis et corporis excludi nequit. Ast, qui rationem commercii reddit, illud explicat (§. 8.); nec non quilibet modus illud explicandi, sistema dicitur (per §. eundem). Quin ergo ad sistema aliquod indagandum teneatur Philosophus, dubi-

tari

tari nequit. Quod autem verum quaerere  
debeant non falsum, id per se patet.

Non ergo est, cur systematis ignorantiae nimium  
fautores, Philosophorum improbent conatus, qui  
quod sui est officii suas hoc in negotio vires ex-  
periuntur: praesertim, cum nemo adhucdum eui-  
cerit impossibilem esse veri systematis inuentionem.  
Interim tamen altae indaginis rem esse non diffiteor  
talemque, ut in eius inquisitione innumeri Philoso-  
phi multarum lucernarum perdididerint oleum. PLO-  
TINVS celebris Philosophus Platonicus cum disci-  
pulo PORPHYRIO, posthaec non minoris famae,  
de vnione mentis et corporis per integros tres dies  
differuisse dicitur, teste ipso Porphyrio in vita Ploti-  
ni p. 6. conf. BAYLI Dictionnaire Historique-Cri-  
tique article Plotin. Tom. III. p. 2455: sed parum  
profecisse videtur. Similiter illustris LEIBNITI-  
TIVS non tres dies, non tres annos; sed plus  
quam annorum decadem in polienda sua hypo-  
thesi consumxit, ut ipse testatur vide Journal de  
Sçavans an. 1695.: nec tamen rem extra dubitatio-  
nis posuisse aliam praecipui Harmoniae Praestabi-  
litate promachi fatentur. Sed nondum despon-  
dendus est animus, insistendum antecessorum vesti-  
giis, imitanda industria; etiam pumiliones gigan-  
tibus maiores euadunt, si eorum humeris suble-  
uentur. Si qui vero post institutam legitimam  
meditationem ac re diutius pensata nil certi se hoc  
in negotio determinare posse sunt experti, hi officio  
suo defuncti censeri possunt; ac si doctam profi-  
tentur ignorantiam, tantum abest, ut vituperium,

## 42 DE COMMERCIO MENTIS

ut potius modestiae laudem promereantur, modo non scientiis limites ponant ac quae ipsi inuenire non potuerint, omnem humani intellectus vim transscendere sibi aut aliis persuadeant. Sed iam de variis, quae hactenus excogitata sunt systematis quaedam dicenda veniunt.

## §. X.

*Influxus Physicus eiusdemque s. causarum efficientium, Systema quid sit?*

*Influxus Physicus mentis in corpus et corporis in mentem non est nisi realis actio mentis in corpus corporisque in mentem.*

*Systema Influxus Physici s. causarum efficientium autem est, quo commercium mentem inter et corpus explicatur per influxum Physicum mentis in corpus et corporis in mentem.*

Influere proprie liquidorum est, ut recte observat GOCLENIVS in *Lexico Philosoph.* p. 1238. et ex eo Celeb. WOLLEFIVS in *Psychologia Rationale* §. 559. p. 481. Hinc nemo non videt, influxus Physici vocabulum non proprie hic, sed metaphorice accipi: nisi quis sibi persuadere velit, influxus Physici defensores in ea versari sententia, ut cogitationes et perceptiones menti a corpore guttatum instillari, mentemque cyathis vel amphoris corpori motum infundere pro certo adfirment. Verum autem

autem vocis significatum, quem nunc etiam influxus Physici tuentur defensores, tradita explicat definitio. Si quis ergo ex etymologicis fontibus contra influxionistas (sic Celeb. WOLFFIUS Physici influxus defensores appellat) argutatur; is certe operam mihi ludere, ventumque ferire videtur. Agnouit id etiam solita perspicacia acutissimus BVLFFINGERVS in tract. de *Harmonia Praestabilita.* p. 68. qui ideo ab eiusmodi contra influxum obiectionibus merito abstinet. En eius verba: *Influxum dicimus proprię, ubi ex una substantia aliquid in alteram transfunditur h. e. a priori secernitur et in alteram ingreditur etc.* Quae sane lepidam obiectionibus materiam praebarent, nisi ex vocibus pendere vidarentur, quibus hic inhibere non velim. Quod vero in eo significatu, quem definitio explicat, vocem usurpent hodierni influxus defensores plerique, id quicunque eorum vel per transennam scripta inspexerit, negare non poterit. Possem hic verba proferre auctorum, quorum in nota p. 11. adiecta inieci mentionem, H O L M A N N I nimirum, G O T T S C H E D I I, R I C H T E R I, possem prouocare ad R V A R D V M A N D A L A M , C R O S A M et alios. Verum quid ambagibus opus in re euidentissima. Neque ipsimet Scholastici in alio vocabulum hoc sensu adhibuisse videntur; cum omni efficienti causae influxum tribuant in esse rei; quo ipso manifeste actionem denotare voluerunt: Physicum forsitan influxum dixerunt, quo eundem ab Hyperphysico ac supernaturali distinguerent, ac propria vi secundum leges sibi a conditore praescriptas mentem mutationes in corpore, corpus ve-

ro in mente excitare indicarent. Interim non nego, quod satis materialem sibi de actione mentis in corpus, et contra corporis in mentem formauerint ideam; quod tamen non obstat, quominus in generali notione Physici influxus cum Viris supra memoratis conueniant. Quicquid autem sit, certe de obscuris hisce hominibus cum recentioribus influxionistis in consensum redigendis non multum existimo esse laborandum. conf. Doctissimi R I C H T E R I diff. de *Machina et spiritu.* §. XIV. Interea tamen Influxus Physicus, ne quis nobis crassiorem de agendi modo antiquorum conceptum adsingat, haud incongrue *Systema Causarum efficientium*, ad euitandam nominis offenditionem, appellari poterit. Cum enim *Systema Causarum occasionalium* a certo causarum generè nomen acceperit; *Systema Harmoniae praestabilitae vero, Causarum Harmonicarum* nomen non respuat: Similitudo et harmonia nominum vi nostrae appellationis in designandis tribus systematis mentis et corporis commercium explicandi obtinebitur, quae sua non caret utilitate. Quod historiam huius systematis attinet, paucis eandem ac tribus, vt aiunt, verbis in praefatione tetigi: vbi id antiquissimum esse monstravi et maxime vulgare. Quod vero nomen concernit, solet etiam a quibusdam *Systema Aristotelico Scholasticum* appellari, cum ab ARISTOTELE nec non scholasticis praeципue excultum, imo ab his potius maxime depravatum fuit. Solet etiam id, quod definiui *Systema influxus mutui* dici, quo ab non mutuo distinguitur, quem tamen pauci amplectuntur, unde factum, ut *Systema influxus Physici mutui*, simpliciter *Systema*

stema influxus vocaretur. Fuit quidem R. P. TOURNEMINVS, qui mutuam mentis in corpus, corporisque in mentem negavit actionem; ast mentis in corpus actionem pluribus tueri conatus est dans *les memoires de Trevoux de anno 1703 mense Maio p. 864.* Plures ne eius amplexi fuerint sententiam, aut quinam, id facile determinare non possum: TOURNEMINVS certe influxus Physici non mutui defensor fuit. An vnquam exsisterint, qui alteram non mutui influxus speciem defenderunt, eam nimirum qua corpus quidem in mentem, non vero mentem in corpus agere statuitur, id me cum ignarissimis nescire ingenue profiteor; multo tamen facilius, quemquam in eam descendere sententiam posse, opinor, vt solam mentem in corpus, quam vt corpus tantummodo in mentem agere posse admittat. Ceterum suppeditatam systematis influxus Physici definitionem commentario non indigere existimo, cum sua polleat evidentia. Nemo enim non ex eadem rationem intelliget, qua commercium mentis et corporis explicant influxus defensores. Supponunt nimirum, mentem adeptentem in se rationem existentiae motuum correspondantium corporis continere, vel esse earundem causam efficientem: ex altera parte vero, dirigentes corporis motus rationem existentiae repraesentationum dependentium in se habere; vel mentem ita modificare, vt sibi res externas repraesentet. Quo supposito non potest non meridiana luce clarius patescere, cur et quoad specificationem et quoad coexistentiam vel immediatam successionem mutationes mentis et corporis a se inuicem dependeant,

cum

cum efficiens causa effectum et quoad speciem, et quoad tempus determinet. Si quis vero virium mentis, qua corpus mouet; et corporis, qua determinat mentis representationes, in definitione influxus Physici fecerit mentionem: is non nisi corollaria nostrae definitionis suae inferit; ut ex sectione dissertationis secunda patebit, quae dictis maiorem adsundet lucem.

### §. XI.

*Variae dantur influxus Physici species.*

Tot Physici mentis in corpus et corporis in mentem influxus sunt species, quot peculiares actionis mentis in corpus et vicissim corporis in mentem concipiuntur modi: et quicunque influxum Physicum in generali sensu admittit, ad singularum specierum; qui vero certam modo speciem approbat, ad reliquarum defensionem non tenetur. Nimirum ex generis notione data, specierum inueniuntur notiones; si ea determinantur, quae in notione generis indeterminata continentur (§. 712. Log.). In generali vero influxus notione nullus actionis modus est determinatus (§. 10.). Si igitur iste determinatur; influxus physici

Sci singulares prodeunt species: et quidem tot, quot modis determinatur agendi ratio, *quod erat primum.*

Deinde, cum determinata demum certa agendi ratione, seu modo influxus Physici, species ex genere enascantur (per demonstr.): eum, qui influxum in genere modo admittit, agendi rationem nec determinare, nec adserere, patet. Similiter, qui vnam amplectitur eius speciem, reliquas non adprobare extra dubitatem est positum. Nemo ergo aequus, vel illum ad specierum singularum; vel hunc ad reliquarum defensionem obligari censem: cum ea, quae quis non adserit, nec defendere teneatur, *quod erat alterum.*

Iuuat, hic paucis variorum de ea, quam mens in corpus et vicissim corpus in mentem obseruat, agendi ratione exponere sententias. Ducant agmen SCHOLASTICI, qui ideas et notiones menti a corpore communicari sequentem in modum sibi concipiunt: supponunt primo ab obiectis quibuslibet externis, species quasdam, siue spiritualis sint naturae, siue corporeae, obiectis similes hinc inde diffundi; easdem sensibus in primi externis; abhinc

*ad*

ad sensum internum transire, ac in phantasmata mutari: haec vero ad intellectum agentem delata, ab eodem ex sensibilibus in intelligibiles transmutari. Qui eorundem sententiam penitus vult percipere, adeat LIBERTVM FROMONDVM qui spissò volumine scholasticam *de anima* doctrinam prosequutus est. Enarrabo speciminis loco, quae iste de intellectus agentis officiis differit in compendio: *Primum est, inquit, illuminare phantasmata; secundum intellectus agentis officium, exuere phantasmata sua materialitate. Quod non fit abstrahendo rem aliquam a phantasmate, sed spiritualizando ipsum, non formaliter, sed effectiue. Tertium denique denudare phantasma a conditionibus individuantibus et speciem intelligibilem abstrahere.* l. c. Lib. IV. cap. 4. artic. i. Agnoscis ex vngue leonem! Crassa nimium Minerva non immerito hi boni viri philosophari pluribus videbuntur; sed ad alios transeo. Sunt enim, qui mediante aliquo vehiculo, quod nec corpus esse, nec spiritus, fingitur, (forsitan erit aliquod amphibium) communicationem absoluunt, pro certo affirmant. Est nimurum hic aliquo interprete eius naturae opus; cum mens corporis linguam non intelligat, et animae iussa corpori non intelligibilia, sed barbara videantur. Eodem medio tanquam glutine animam corpori adfixam esse, ne pro lubitu ex hoc carcere euolare possit, iidem sibi persuadent. Ast non, quod pueri in faba inuenisse, sibi imaginantur, qui animam in certa cerebri parte et angulo latitatem, quasi e longinquo imagines certis characteribus in cerebro depictas, ac spirituum animalium luce illuminatas, quasi in speculo intueri;

ri; sed nescio oculisne, an perspiciliis, iactitant.  
 Conf. **LUDOVICVS FORGEVS**, qui auctores  
 huius sententiae citat l. c. p. m. 59. Sequuntur,  
 qui per motum spirituum animalium in mente, at-  
 tactu quasi, representationes rerum excitari, cre-  
 dunt; quos excipient alii parum ab eisdem diuer-  
 si, qui similiter vim mentis representatiuam deter-  
 minari, ut ideas producat, adserunt. Conferri me-  
 retur Viri desideratissimi, s. R. **KREVSCHNERI**,  
 erudita dissertatio *de Origine Idearum Regioni*. 1717.  
*edita*, qui plerasque, quas recensui sententias ex-  
 minat, suamque adiicit epicrisin. Sed videntur hae  
 opiniones alteram tantum influxus physici explicare  
 partem, eam nimirum, quae corpus in mentem  
 agere adserit. Quod vero actionem mentis in cor-  
 pus attinet: non pauci per attractum spiritus moue-  
 ri animales a mente, vel principia neruea, eandem  
 que vim quandam motricem in corpus transfunde-  
 re adseruerunt. Quidam per medium aliquod ve-  
 hiculum motum in corpus a mente transire sta-  
 tuunt; alii denique, mentem sola voluntate, simi-  
 liter ut Deus T. O. M. in res creatas agit, motum  
 in corpore producere defendunt: quam sententiam  
 S. R. **ABICHT** in diff. *de commercio mentis et cor-*  
*poris* potissimum amplectitur, peculiari schediasma-  
 te a doctissimo **SCHLOSSERO** ideo refutatus.  
 Doctissimi **SVRBII** singulare assertum, quo per na-  
 turalem amorem mentem corpori iunctam esse sta-  
 tuit, ad vniōnem potius spectat, quam ad commer-  
 cium; quod ab illa diuersum esse supra ad §. I.  
 obseruaui. Sufficiant haec de variis influxus spe-  
 ciebus in praefenti; breuem enim esse iubet institu-

ti ratio. Ex dictis tamen intelligi poterit, quo iure singulis influxus physici defensoribus saltus ac metamorphoses idearum in motus, ac transcreations motuum in ideas obiiciantur: cum haec nec in singulis influxus speciebus, neque in influxu Physico in genere, quem non pauci hodie Viri doctissimi amplectuntur, inueniant locum. Scholasticis haec a S. R. BVLFFINGERO in l. c. et Celeb. wOLFFIO in *Psychologia rationali* Seſt. III. cap. II. non sine ratione obiici concedo; sed, omnibus influxus Physici defensoribus esse imputanda, Viris doctissimis, quos ob summa in rem literariam merita, merito veneror, largiri nequeo; cum ipsa aequitatis lex, quam theorematis mei altera pars exhibit, id prohibeat. Forſitan autem illos, qui talia non admittunt, influxus Physici patronos esse negabunt, et ſic lis faltem erit vocabularia. Sed cum plures in generali sensu, quemadmodum eum mea exhibet definitio, vocabulum influxus admittant, vt supra oſtenſum; nec per actionem, meram coexistentiam motuum et repræſentationum, quam per experientiam cognitam habent, intelligent, vt Celeb. wOLFFIUS innuere videtur l. c. §. 556. imo realis actio inferius ſectione ſecunda a me ſine determinatione modi demonſtretur: aut id, quod definiui (§. 10.) nouum ſyſtema ſimplex erit, diuersum a ſystematibus tribus huc uisque receptis, quod contradicit eis, quae Celebr. BVLFFINGERVS euicit l. c. et ipſe infra demonstratus ſum; aut admittendum eſt, eos, qui actionem mentis in corpus et vicifim, ſine modi determinatione, veram defendunt, influxum Physicum in genere amplexi.

plexi. Interim tamen, si quis vltius vrgeat, influxum physicum omnino ab eo, quod definiui systemate esse diuersum, nec nisi ad certam actionis speciem hoc vocabulum esse restringendum; quo cunque nomine alio appellat, per me licet; modo concedat, sistema me definiuisse, quod quidam olim et nostris temporibus influxus Physici sistema nominarunt. Esse autem id, quod definiui, sistema reuera aliquem peculiarem explicandi modum, et ex nota §. antecedenti adiecta intelligi potest, et ex sectione secunda patescit.

### §. XII.

#### *Systema Causarum occasionalium definitur.*

*Systema Causarum occasionalium* est ea commercium mentis et corporis explicandi ratio, qua mutationes harmonicae, seu ab aliis in commercio, quoad specificationem et coexistentiam dependentes, ab Ente a mente et corpore diuerso, Deo nimirum T. O. M. ad dirigentium praesentiam produci, adseruntur.

Systema hoc a *causis occasionalibus* nomen accepit, cum mutationes dirigentes occasionem tantum Deo praebeant correspondentes, seu dependentes alias, siue in mente, siue in corpore producendi: ab aliis etiam *systema assentiae* adpellatur; a

quibusdam *Cartesianum* quoque dicitur. C A R T E S I V M enim non pauci pro huius systematis auctore venditant, sed repugnantibus aliis. Siquidem R VARDVS AND ALA Cartesium physici influxus patronum demonstrare voluit in diss. *de Unione mentis et corporis Physica*, Franequ. 1724. Ipse etiam illustris L E I B N I T I V S et S. R. B V L F F I N G E R V S eum ex parte influxionistam pronunciant, cum C A R T E S I V S quidem id fieri non posse iudicet, ut nouum motus gradum nouamque vim corpori mens imprimat nostra; ex altera tamen parte, menti vim dirigendi corporis motus per actionem quandam esse concedendam, adseruisse videatur. conf. Illustris Viri *Theodicée* P. I. §. 59. et B V L F F I N G E R V S, l. c. §. IV. p. 69. quibus adde Cl. G O T T S C H E D I I *Vindiciarum Influxus Sect. I. p. II.* Vnde factum, ut Cartesianis potius, quam ipsi C A R T E S I O id, quod definiui, adfistentiae sistema originem debere, communiter credatur. F O R G A E V S, M A L E B R A N C H I V S aliique, quos supra in praefatione p. 5. laudaui, huc in primis pertinent, quorum numero addantur C L A V B E R G I V S, R E G I S, W I T T I C H I V S, le GRAND, H E E R E B O O R D, ceterumque Cartesianorum plerorumque agmen. Idem sistema in Germania H A M B E R G E R V S, S T V R M I V S et B E R G E R V S, teste W O L F F I O, sunt amplexi. Refutarunt autem A R N A L D V S, H V E T I V S, L E I B N I T I V S, W O L F F I V S, B V L F F I N G E R V S aliique. Sed notari hic meretur, quod Celeb. W O L F F I V S nuperrime integrum Causarum occasionalium sistema C A R T E S I O vindicauerit, pro more

more suo, id est, solide et eleganter. Obseruat enim C A R T E S I V M occasionales primum maxime in Philosophiam intulisse causas, motusque communicationem per easdem explicauisse: deinde vero etiam eandem semper motus quantitatem credisse in mundo conseruari. Inde colligit, quod fieri non potuerit, quin Cartesius in explicatione commercii mentem inter et corpus supponeret: Deum dirigere modo spiritus animales, ut in musculos influerent, sicque motus voluntarios exciterent. Detecta vero falsitate dogmatis de immutabili et semper eadem motus quantitate ab H V G E N I O potissimum et L E I B N I T I O : M A L E B R A N C H I V M demum adseruisse: Deum etiam ipsum motum spirituum animalium producere et excitare. Negat ergo Vir acutissimus, Cartesium animae propriam tribuisse vim immutandi directionem fluidi neruei: ac quando in *epistola ad M O R V M*, Epist. LXXII. Tom. I. Deum menti vim concessisse corpus mouendi, tuetur; vim exigitiuam intelligentiam esse, non productiuam, existimat. Pluribus recensui Viri doctissimi argumenta, cum aliquod specimen interpretationis tantum non demonstrativa exhibere videantur. Possent quidem in contrarium adferri loca, quae *Resp. IV. p. 418.* et *Vta p. 264.* exstant, vbi iterum iterumque, mentem spirituum motus dirigere, asserit: verum cum verba Philosophi ex systemate sint interpretanda, nil obstat videtur, quo minus eadem, in sensu exigitiuo, non productuo accipi queant. Sed sufficient haec de *Auctore* systematis. Quod sistema ipsum attinet; variis id premi difficultatibus iam dudum

viri doctissimi demonstrarunt. Transeant, quae Ill. LEIBNITIUS de eadem directione conseruanda, secundum detectam ab HUGENIO motus Legem huic systemati obiecit, argumento satis contra Cartesium valido, qui ob aliam motus legem influxum repudiauit Phisicum; sunt enim alia plura, quae eidem obiiciuntur. Nimirum: nec continua in eodem miracula sapientia diuina satis digna videntur; et parum philosophicum esse, in explicandis rerum naturalium phaenomenis statim ad omnipo-tentis Dei voluntatem prouocare, plerique existi-mant; imo in eodem systemate Dei T. O. M. eum ad malum esse concursum, qui diuinæ sanctitati aduersetur, quam quod maxime, Viri docti se ob-seruasse, adserunt. Satis consequentiis exagitat occa-sionales Cartesii causas eloquentissimus de CROV-SAZ dans son *système des Reflexions p. m.* 257. Postquam enim in quibusdam exemplis sententiae inconuenientiam non ita perspicuam esse oblerua-set, ita pergit: *Mais à combien d'inconveniens cette hypothèse devient elle sujette, dès qu'on l'applique à d'autres exemples? Ce ne seront plus les bouchers, qui, à parler le langage des Philosophes et de la vérité, egorgeront les veaux et les brebis; Dieu seul fera tout cela immédiatement, et à l'occasion du couteau approché, c'est lui qui ouvrira la peau, enfoncera le bras et poussera hors des veines un sang, qui n'en sortiroit point, sans ce moteur immédiat. Ce ne seroit pas le marmiton qui allumeroit immédiatement le feu dans la cuisine; mais une certaine figure de sa bouche, une certaine conformatio[n] de ses muscles, seroit une occasion à Dieu de le souffler. La Viande qui se trou-*

trouveroit sous nos dens fourniroit à l' Etre suprême une occasion d' agiter lui même nos machoires et quand à cette nouvelle occasion il l' auroit suffisamment brisée et amolie , il la précipiteroit dans le fond de l' estomac et des certains petits couteaux lui fourniroient une troisième occasion de la diviser encore davantage. On est effraie, lors que l' imagination pousse ces exemples plus loin, et je me persuade, qu' un sacré respect éloignant ces images, a empêché d' appercevoir les inconveniens d' une hypothèse, qu' elles forcent d' abandonner, et doctissimus GOTTSCHIEDIVS iudicat ; das gantze menschliche Geschlecht werde durch diese Meinung in ein Marionetten - Spiel verwandelet. conf. eius Compend. Philosoph. Germanicum P. I. p. 308. Emendationem quidem huius systematis aggressus est WOLFFIVS in annotat. Metaphys. sed ne sic quidem a maximis, quibus permititur, difficultatibus liberari potuit.

### §. XIII.

*Systema Harmoniae Praestabilitae s. Causarum  
Harmonicarum quid sit?*

*Systema Harmoniae Praestabilitae* est modus explicandi commercium mentis et corporis, quo mutationes mentis a corpore dependentes per ipsam mentis vim secundum leges logico - morales, nec non motus corporis a mente dependentes ex structura et vi motrice corporis secun-

dum regulas physico-mechanicas consequi, ita tamen ut suis dirigentibus ex sapientissima Dei praeordinatione respondeant, supponuntur.

Natalis huius systematis fuit annus recuperatae salutis 1695. quo idem primum parens eius et auctor illustris LEIBNITIUS, postquam ultra decem annos presserat, in lucem edidit: inserto, Diario eruditorum (*Journal des Scavans*) schediasmate, cui titulum fecit: *Système nouveau de la nature et de la communication de substances, aussi bien, que de l'union qu'il y a entre l'ame et le corps.* Harmoniae praestabilitate nomen hoc sistema ex interuallo demum accepit, cum antea *système des accords*, ni fallor, vocaretur, siue R. P. LAMY primus hoc nominis ex cogitauerit, ut BAELIUS me docuit l. c. p. 2610. not. l. siue ipse LEIBNITIUS postea illud ita appellare voluerit. Ratio certe denominationis nemini non potest esse perspecta: ideo enim praestabilita vocatur harmonia, quoniam Deus T. O. M. eandem praestabiluisse supponitur. Qui pleniorum huius hypotheseos consequi cupit conceptum, adeat praeter l. c. ex *Journal des Scavans* p. 444. et 456. in primis *Theodiceam* P. I. §. 61. sequ. nec non §. 288. et §. 353. et passim in aliis locis; *Recueil de diverses pieces; Histoire des ouvrages de Scavans an. 1698. mensē Iulio ut et Epistolas* LEIBNITIUS, quae nuper Lipsiae prodierunt in lucem p. m. 452. Conferri etiam merentur *Principia Philosophiae Actis eruditorum* inserta et a Cel. HAN-

SCHIO scparatim edita. In compendio LEIBNITII recenset sententiam elegantissimus FONTENELLE dans son *elogie historique de Mr. Leibnitz.* Conf. *Histoire du renouvellement de l'Academie Royale des sciences* Tom. II. p. m. 312. extat idem quoque in *Commentariis Regiae Academiae Parisinae.* Vix me teneo , quin cuncta elegantissimi scriptoris verbalic exhibeam; pauca certe sequentia B. Lectori non displicebunt : *S'il se trouve, ita exhibet sententiam LEIBNITII, une Ame et un Corps tels, que toute la suite des volontés de l'Ame d'une part, et de l'autre toute la suite des mouvements du Corps se répondent exactement, et que dans l'instant, par exemple, que l'Ame voudra aller dans un lieu, les deux pieds du Corps se meuvent machinalement de ce côté - la, cette Ame et ce Corps auront un rapport, non par une action réelle de l'un sur l'autre, mais par la correspondance perpetuelle des actions séparées de l'un sur l'autre. Dieu aura mis ensemble l'Ame et le Corps qui avoient entre eux cette correspondance antérieure à leur union, cette harmonie préétablie.* Huc usque Vir ingeniosus. Exactius dein WOLFFIVS et BVLFFINGERVS ll. cc. hoc systema excoluerunt, quos plurimi alii sequuti. Nec defuerunt inter nostrates Viri Eruditii , qui huius systematis patrocinium suscepserunt. Sic Vir maxime Reuerendus M. HEINRICVS KREVSCHNERVS in dissertatione supra laudata et Vir Excell. C. T. MARQVARDT, Matheoseos apud nos Professor Extraord. in dissert. de Harmonia Praestabilita, Regiom. 1724. hanc sustinuerunt prouinciam. Auctores, qui LEIBNITIO

viuo systeina hoc refutarunt in praefatione supra p. 11. allegauit; eos vero, qui in recentiori con-  
trouersia Wolffiana idem impugnarunt, vt pote no-  
tiores, cur hic recensere necesse sit, non video.  
Cuncta, quae obiici possunt harmoniae praestabili-  
tae, vel ad animam pertinent vel ad corpus. *Quod*  
*corpus* attinet: impossibilis plurimis videbatur, ad  
minimum incomprehensibilis productio illa mo-  
trum voluntariorum per omnem hominis vitam  
menti ex principiis mere mechanicis corresponden-  
tium; in primis multos turbabat rationalis ex mero  
mechanismo loquela. *Quod animam* attinet: Har-  
monia haec eiusdem libertati aduersari existimaba-  
tur, quamuis strenue se defendantibus harmoniae  
promachis, imo idem demum ab hac imputatione  
absfluentibus non paucis aduersariis. Durum iti-  
dem videbatur, tot semper, ut sistema supponit,  
sensuales in mente ex antecedentibus oriri repre-  
sentationes, a quibus toto videantur coelo diuer-  
sae, nulloque nexu cum iisdem copulatae; do-  
lorificam, verbi gratia representationem, subito  
hilarem excipere et laetitiam in momento cum tri-  
stibus commutari cogitationibus; peregrinantes  
alias atque alias vrbes, montes, flumina et sic por-  
ro certo ordine sibi representare, vbi alterum ab  
altero mirum quantum est diuersum, sola tamen  
anima ex suo cuncta haec fundo eliciente et sic  
porro. conf. B A E L I V S l. c. artic. Rorarius. Egre-  
gie autem sustinuit defensionem Celeb. B V L F F I N-  
G E R V S l. c. satisque superque suum probauit inge-  
nium; id tamen vel ipse fateri necesse habuit, in-  
esse adhuc dum systemati, quae quoad singula di-  
stincte

stincte explicari nequeant; quamuis in aliis naturae  
 phaenomenis minus distincte explicabilibus syste-  
 mati aliquod quaerat praesidium. Cum tamen  
 ideo harmoniae praestabilitae Vir S. R. nondum  
 nuncium mittat, eo ipso satis luculenter indicare vi-  
 detur: Systema aliquod non statim eam ob ratio-  
 nem esse reiiciendum, quoniam nonnullorum,  
 quae fieri in eodem supponuntur, modus explicari  
 nequit specialiter; id quod *ως εν παρεδω*, sed non  
 sine sufficienti ratione obseruandum duxi. Meam  
 hic de Harmonia Praestabilita, B. L. non requirit  
 sententiam, cum sectio IIda, quae Physicum adstruet  
 influxum eo ipso eandem ex actualium excludet  
 numero, beneficium factura, si in possibilium regio-  
 ne eidem concederit locum. Interea tamen a ve-  
 ritate forsitan haud longe aberrauerit, si quis illu-  
 stris LEIBNITII iudicium de Cartesiana, quae  
 bruta in meras machinas transformat, sententia, mu-  
 tato subiecto ad praestabilitam harmoniam adplica-  
 uerit. Si pronunciati argumentum nosse aues, ec-  
 ce tibi! *Il paroisse que l' Harmonie préétablie,*  
*quoiqu' elle semble possible, est hors d'apparence et me-*  
*me contre l' ordre des choses conf.* *Journal de Scav-*  
*vans* I. c. Prae reliquis vero ea difficultas in hoc  
 systemate haud exigua videri posset, quod eodem  
 admisso Deus T. O. M. absque sufficienti ratione  
 mundum corporeum et entia praeter mentes alia  
 produxisse videatur. Cum enim mundo corporeo  
 non existente, vt fatentur Harmonistae, entia intel-  
 ligentia sive mentes easdem habiturae essent reprae-  
 sentationes, ac si ille exsisteret; mundum vero cor-  
 poreum non nisi ob suam gloriam i. e. eum in fi-  
 nem

nem produxerit, ut creaturae intelligentes attributa eius ex eiusdem contemplatione colligerent, amore et veneracione prosequerentur: euidentissimum est, quod omnipotens rerum conditor sine corporum productione finem suum adsequutus fuisset. Si ergo produxit mundum corporeum, quod nemo, nisi idealista negauerit, sine ratione eundem produxisse admissa harmonia praestabilita videtur. In veritate Dei hic male praesidium quaeri ipse Celeb. **BVLFFINGERVS** fatetur l. c. p. 130. n. b. cum mentem per suam essentiam ac finitudinem nunquam ab ipsa separabilem non posse non corporarum rerum sibi ideas formare Illustr. **LEIBNITIUS** ex suo systemate adserat: quae vero Vir acutissimus §. sequenti adfert, difficultatem, ut ipse eandem proposui, minime tollere videntur. Sed suffecerit, haec indice tantum digito indicasse et quasi in transitu. Ceterum notandum, acutissimum **WOLFFIVM**, nec non plures ex iis, qui hoc systema amplectuntur, illud non nisi tanquam hypothesis admittere quamuis probabilem, cuius nec possibilitas, multo minus actualitas hactenus euicta sit. conf. *Psychol. Rational.* §. 638. Falluntur ergo, qui harmoniam praestabilitam Philosophiae Wolfianae caput esse credunt et fundamentum.

#### §. XIV.

*Tria tantummodo dari Systemata simplicia explicandi  
Commercium Mentis et Corporis.*

*Tria modo dantur systemata explicandi  
commercium mentem inter et corpus simpli-  
cia,*

cia, siue quae in alia resoluti nequeunt: nimirum systema influxus Physici, Harmoniae praefabilitae et causarum occasionalium in sensu generali. In quolibet enim systemate explicandi commercium mentis et corporis, commercii huius ratio est reddenda (§. 8.): hinc ostendendum, cur certae mutationes mentis a corpore, et certae corporis a mente, cum quoad coexistentiam, tum quoad specificationem dependant (§. 1.): Sed mutationes dependentes causa indigent efficiente (§. 908. ontol.); haec vero rationem eorum omnium in se continet, quae effectui insunt; specificationis ergo etiam et temporis, i. e. ex eadem intelligi potest, cur mutationes dependentes hoc potius tempore et hae potius sint, quam aliae (§. 881. ontol.): sequitur itaque, tot dari systemata explicandi commercium mentis et corporis simplicia, quot summa causarum efficientium, per quas mutationes harmonicae excitari possunt, concipi poterunt genera. Est vero causa haec efficiens

vel

vel homini intrinseca, vel eidem extrinseca. Si intrinseca admittatur, ea vel cui libet parti hominis essentiali intrinseca erit, vel erit extrinseca. Si hoc, id est, si causa efficiens mutationum harmonicarum in mente corpus ipsum esse supponatur et viciissim mens earum dependentium mutationum, quae in corpore contingunt: corpus agit in mentem et mens ex altera parte in corpus (§. 886. ontol.). Habes influxum Physicum mutuum vel non mutuum (§. 10.). Si prius admittas i. e. si mens ipsa causa efficiens mutationum dependentium a corpore, et corpus mutationum a mente dependentium: Harmoniam habes, quae sine Dei praestabilitone concipi nequit (§. 626. Psychol. Rational.), praestabilitam (§. 13.). Denique si causam homini extrinsecam, vel causas admittas a mente et corpore diuersas, quae ad mutationum dirigen-  
tium praesentiam tantum dependentes ac harmonicas producant: sistema concipiis causarum occasionalium (§. 12.), sed

in

in generaliori sensu, vbi non Deus solum T. O. M., sed vel alia causa vel plures etiam, modo sint homini extrinsecæ, consensum hunc producere supponuntur. Tria ergo modo dantur simplicia commercium explicandi systemata: sistema influxus, Harmoniae et adſistentiae.

Agnouit veritatem theorematis acutissimus **BVLFFINGERVS** et ante eundem, ni fallor, **BAELIVS** l. c. Plura quidem systemata simplicia recenset **MALEBRANCHIVS** in elegantissimo tractatu *de inquirenda veritate* Lib. III. P. III. Cap. I. p. m. 198. vbi sex modos explicandi commercium M. et C. adfert; *Adserimus igitur*, inquit, *prorsus necessarium esse*, ut 1) *ideae*, *quas habemus de corporibus ac de ceteris obiectis*, *quaes per se ipsa non percepimus*, *ab illis corporibus aut ab illis obiectis veniant*, *vel*, *ut 2) mens nostra polleat virtute*, *illas producendi ideas* *vel 3) ut Deus eas cum mente, ipsam creando*, *producat* *vel 4) eas producat quotiescumque de obiecto* *quodam cogitamus*, *vel ut 5) mens in se ipsa possideat* *omnes perfectiones*, *quas in corporibus videt* *vel denique 6) uniatur enti summe perfecto*, *quodque omnes in se includat* *creatrarum perfectiones*. Sed facile sex hi modi ad numeri dimidium reducuntur. Ceterum composita systemata ternarium numerum superare non negauerim; de simplicibus enim theorema loquitur. Compositorum vero certi ordines

dan-

dantur et classes, in specie *systemata secundi ordinis* dicere soleo, quae ex duobus simplicibus constant et aliud menti, aliud corpori sistema simplex adaptant. Suntque talium duplo plura, quam simplicia, ex variationis et combinationis legibus (conf. WOLFFII Analyt. Finit. §. 222.) Sit systema influxus A; occasionalium s. Adsistentiae B; Harmoniae C: prodibunt sequentia 'composita AB, BA; CA, AC; CB, BC; vbi id, quod loco primo est, sistema animae, quod secundo, sistema corpori adplatum exhibit. Si tria combinaueris simplicia, systemata habes *tertii ordinis*, quae iterum priora numero superabunt. At, si quis species systematum simplicium varias admittere velit et coniungere; maior prodiret multitudo systematum, quam, quae facile determinari queat. Si sistema ignorantiae, tanquam quartum ex simplicibus, theoremati meo quis obiicere vellet; hunc ludere potius existimarem, quam serio agere; cum nemo serio, eum, qui nihil explicat, nil se scire vel determinare posse factetur, nouum excogitasse systema (§. 8.) adfirmaverit. Inuenit tamen ludicum nomen et pro quarto systemate venditauit doctissimus FEVERLINVS in *observationibus eclecticis ex controversia Leibnitio-Wolffiana Specimine IV.* §. 1. Interim simplicissimum id esse, non modo sistema simplex, lu benter admittam, si modo sistema esse euiceris. Quoad materiam tamen sistema ignorantiae adoptarunt, i. e. nulli se systemati addixerunt IOH. CLERICVS in *Pneumatol.* p. 44. et LOCKIVS de intellectu humano Lib. II. cap. XXIII. Vnicum hic adiiciam: tria haec systemata non modo ad expli candum

candum commercium, verum etiam ad enodandam substantiarum finitarum simplicium communicacionem adhiberi; sic illustr. L E I B N I T I V s substantias finitas in se agere posse negat et ad communicacionis phaenomena harmoniam suam adhibet; C A R T E S I V S vero Deum T. O. M. omnia haec phaenomena ad aliorum praesentiam producere, ex suo systemate existimat. Ostendam vero deinceps, quod substantiae etiam aliae finitae in se inuicem agant, sicut communicationem substantiarum per influxum physicum explicabo.

### §. X V.

*Via experientiae insufficiens ad detegendum  
verum sistema Commercii Mentis  
et Corporis.*

Nullum ex memoratis systematis immediate per experientiam constat. Quantumcunque enim ad perceptiones nostras attendamus animum, coexistentiam quidem specie determinatarum mentis et corporis mutationum in commercio mentis et corporis obseruare licet (§. 7.), actionem nequaquam animaduertimus: nullam ergo mentis in corpus aut vicissim actionem experimur (§. 664. Log.). Hinc sistema influxus physici per experientiam non constat (§. 10.). Multo mi-

E nus

nus vero immediatam Dei in mentem et corpus actionem, aut voluntariorum in corpore motuum et representationum sensualium in mente ex viribus intrinsecis productionem per meram ad ea, quae percipimus, attentionem obseruamus: praestabilitio praeterea perceptionibus nostris subiecta non est. Neque ergo sistema causarum occasionalium (§. 12.), neque sistema Harmoniae Praestabilitae (§. 13.) per experientiam constant.

Sunt quidem iisque non pauci Viri doctissimi, qui influxum Physicum per indubiam et immediatam constare experientiam sibi persuadent; in specie, ut inter plures vnum nominem, B. I. LIBORIVS ZIMMERMANNVS in libro, cui titulus: *Natürliche Erkenntnis GOttes, der Welt und des Menschen* §. 513. p. 457: sed specialia, quae adfert, exempla praeter coexistentiam certarum mutationum continuam nihil euincunt. A coexistentia tamen ad causalitatem nulla valet consequentia. Aduentum eiconiarum et hirundinum num progerminationis florum causam concedes? ast coexistunt. Sed dependentia quoad specificationem, quam obseruas, causalitatem forsitan inferre tibi videtur. Si de causa efficienti loqueris, nego: admitte enim vel harmoniae praestabilitae vel adistentiae sistema, dependentia specificationis sarta testa manebit. Sed cur

cur haec adeo sollicite inculco, cum tamen sistema influxus adstruere intendam? eam ob rationem, ne veritatem systematis instabili ac infirmo fundamento inaedificem, aut arenoso. Non tamen experientiam omnino etiam ex principiorum numero, ex quibus influxus physicus deduci posset, excludo: *immediate* non experior influxum; quod vero experientia nihil omnino ad cognitionem influxus conferat, nullibi adsero. Reliquorum systematum veritatem per experientiam immediate constare, nemio hactenus, quantum scio, vñquam tueri ausus est.

### §. XVI.

*Ratiociniis in hoc capite opus est; ac systematis veritas vel positivae vel remotivae demonstranda.*

*Philosophus veritatem vnius ex tribus memoratis systematis per ratiocinia inuenire debet, vel remotivae, euincendo reliquorum falsitatem; vel positivae, siue ostendendo certi cuiusdam systematis veritatem.* Philosophus enim sistema aliquod verum ad explicandum commercium indagare debet (§. 9.). Cumque tria modo dentur systemata (§. 14.) veritatem vnius ex illis detegere debet. Veritas autem inueniri potest dupli ratione: vel a priori, siue per ratiocinia; vel a posteriori, siue per experientiam immediate (per principia Logic.) Sed

cum nullius horum systematum veritas per experientiam immediate constet (§. 15.): per ratiocinia eadem inueniatur neceſſe est. Fieri id vero non solum positivē potest: sed cum aliquod ſyſtema neceſſario fit verum (§. 555. Psych. Rational.); et tria modo dentur (§. 14.); vnum itaque ex illis, tanquam verum admitti debat: ſequitur, euicta duorum falsitate simul tertii veritatem eſſe adſtructam i. e. remotivē inuentam.

Ingressi ſunt priorem viam in inuestiganda ſystematis cuiusdam veritate, an ſatis feliciter, mox patet, MALEBRANCHIUS, qui ſyſtema adſiſtentiae et Illuſtr. LEIBNITIUS, qui H. P. veritatem ea ratione probare ſunt annisi conf. ille l. c. cap. ſeqq. vsque ad ſextū p. 208. in quo profligatis, ex ſenario poſſibilium Systematum, (quem admittere eum ſupra obſeruaui p. 63.) numero, quinque reliquis, ſextum denique tanquam maxime veritati conſonum atque ſuum amplectitur. Hic vero, Illuſtris nimirum LEIBNITIUS, cauſarum occaſionalium Phyſicique influxus Systematibus, vt exiſtit, deſtructis, Harmoniae ſuae praefabilitae et inuenit, et agnouit veritatem: vide *Journal des Scavans* l. c. Vestigia Viri Illuſtris premit, BULFFINGERVS in tractatu de *Harmonia Praefabilita et diuclidationibus Philosophicis* Sect. III. c. 4. vbi in ar-


gumen-

gumentis contra Influxus et adſtentiae Systema multus est, ac tandem ex eorundem ruina et cineribus Harmoniae aedificium, quam ſplendidissime ſurgere iubet; an ſtabili fatis fundamento, deinceps vi debitius. Paſſim vero reliqui Harmoniaſtæ eadem ratione hypothefin ſuam ſtabiliunt. Posterior via Influxioniftis quibusdam inprimis placuit, qui, quomodo cunque tandem reliqua ſe habeant systemata, ſuum tamen, non quidem per ſimplicem et imme diatam experientiam, inductione tamen *Verulamiana* et per experientiam ratiociniis quodammodo ſubleuatam ſtabilire ſunt anniſi; in ſubſidium maxime vocatis certis cauſarum efficientium criteriis. Pertinet huc in primis doctiſl. F E V E R L I N V S, cuius argumentum non omnino ſpernendum, quamuis non omni exceptione maius, cum ipfem et olim in idem me incidiſſe recorder, breuibus hic exponere verbiſ auctoriſ non incongruum existimo: *Variatione*, inquit, *experimenti, inuertione et compulſione ad annihilationem vel priuationem virtutis diſcimus, praesentato celeriter alio obiecto aliam oriri in mente repræſentationem; deſtructo organo ſenſorio nullam oriri ideam ex obiectis ad illud organon pertinentibus; in coeco natu rato nullam dari luminis et colorum ideam; mutatis volitionibus mutari motiones corporis voluntariæ. Ex his autem concludendum cauſas ſensationum in corporibus ſenſibilibus et cauſas motionum corporis voluntariarum in mente volente eſſe quaerendas, aut de mani festiſſimiſ cauſarum in Iride, Magnete, Eclipti indi ciis ſcepticorum inſtar dubitare oportet.* l. c. p. 2. n. c. Cum his Viri Doctiſſimi verbiſ conferatur Ma gnus olim Angliae Cancellarius B A C O V E R V L A-

70 DE COMM. MENT. ET CORP. IN GEN.

MIVS *de Augmentis Scientiarum* Lib. V. c. 2.  
Quid hoc in argumento desiderem ex §. 15. adie-  
cta que nota patescere potest. Alia igitur ratione  
rem aggrediar ac ex ipsis recentioris Philosophiae  
principiis, quae doctissimi Harmoniae Praestabilitae  
defensores, quibuscum hic potissimum ago, ample-  
cuntur, paucissimis tantum per experientiam con-  
cessis mentem reuera in corpus agere; et vicissim  
corpus in mentem, quantum fieri poterit dilucide  
ostendam. Quamnam itaque ex duabus possibili-  
bus amplectar demonstrandi rationem facile L. B.  
colligere poterit. Licet igitur plura de Commer-  
cio M. et C., ac variis illud explicandi modis gene-  
ralia hic in medium proferre possem; cum tamen  
legentium plerisque haud dubitem, quin haec pri-  
ma dicendorum principia, aut iisdem proxima pa-  
rum allatura voluptatis sint, festinantibus ad haec  
noua, quae iam iam Secunda Sectio de Influxu  
Physico iisdem exhibebit: in me mora non erit vl-  
la; sed ad eandem statim progrediar.

*Sic iam prima mihi pars est exacta  
laboris.*



SECTIO

\* \* \*

S E C T I O I I .

D E

S Y S T E M A T E I N F L V X V S

P H Y S I C I T A N Q V A M V E R A C O M M E R C I V M

M E N T I S E T C O R P O R I S E X P L I C A N D I

R A T I O N E .

§. XVII.

*Mens humana quid sit?*

**M**ens humana est spiritus mundum sibi  
repraesentans eis , quae in corpore  
quodam organico , quod *suum* siue *pro-*  
*prium* vocat , contingunt , mutationibus  
conuenienter.

Cum demonstrationem physici influxus iam ag-  
grediar : methodi leges iubent , vt distinctius rerum ,  
quarum in se inuicem actionem euincere volo , euol-  
uam notiones ; quamuis hactenus , dum in generaliori-  
bus versarer , clarae earundem ideae mihi suffice-  
rint . Mentis igitur et corporis hic adfero defini-  
tiones cum connexis aliis , quibus motuum et re-  
praesentationum notiones subnectam , quippe quae  
actionis huius effectus sunt et sequelae : adiiciam  
denique reliquas , quae ad demonstrationis nego-  
tium sunt necessariae . Ceterum non mirabitur Le-  
ctor B. quod in ipsa mentis definitione ea reperiatur ,  
quae apud alios theorematum loco de mente pro-

ponuntur ; multo minus vero operosam realitatis traditae definitionis demonstrationem postulabit. Iure enim definitionis realitas a me supponi potest ; cum non hic mihi cum *Materialistis* res sit, qui mentem in eo sensu, quo ipse assero, spiritum esse negant ; nec cum *Idealistis*, siue *Egoistis*, siue *Pluralistis* mihi quidquam sit negotii, qui mentem solam existere, corpus vero nullum extra mentem dari sibi vel persuadent, vel saltem prae se ferunt. Hi enim parum de commercio mentis et corporis explicando sunt solliciti, quippe qui nodum hunc secant uno iectu, non soluunt. Sed cum *Dualistis* ago, qui substantiae utriusque existentiam et diuersitatem admittunt : his definitionem meam facile probari confido. Quid etiam iuuaret de influxu Physico acturo cum DICEARCHO, EPICVRO, SPINOSA, HOBESIO, COWARDO, DODVELLO, TOLANDO, *materialistis* vel cum BERCKELEIO ceteraque *Idealistarum*, *Egoistarum* et *Pluralistarum* cohorte in arenam descendere, cum hac de re nulla hic sit quaestio. Abeant ergo insulsissimum de mente sententiarum quas vel Chaldaea olim vel Graecia, vel quaecunque alia terra, gens et natio olim sinu suo fouit, laruae. Cum laruis non pugno ; sunt triarii, qui influxus Physici defensores in arena exspectant. Nec est, quod quis mentis immortalitati definitionem nostram aduersari vereatur, cum eiusdem representationes corporis mutationibus conuenienter fieri in eadem adserantur ; et sic mentis talem a corpore dependentiam futuram, ut sine eodem existere nequeat, videri posset. Etenim mentem hic in statu coniunctionis definio, in quo eandem

eandem obseruo quamdiu inter mortales vitam dēgō; in eo statu proprie mens seu anima dicitur consen-  
 tiente vniuerso Philosophorum choro, qui specifi-  
 cam mentis differentiam in repraesentationum a cor-  
 pore dependentia constituunt, et hoc additamente  
 animam a spiritu simpliciter tali, angelis, segregatis-  
 que ab omni corpore substantiis discriminant. Vn.  
 de S. R. WALCHIVS im Philosophischen Lexico tit.  
*Seelen Beschaffenheit* obseruat: coniunctionem eius  
 cum corpore esse dasjenige, wodurch sie sich von an-  
 dern Geistern unterscheidet. Denn so werde das  
 Wort SEELE, ordentlich genommen, dass es allezeit  
 eine Absicht auf den menschlichen Körper habe: be-  
 trachte man sie aber an sich selbst außer der Gemein-  
 schafft mit dem Körper, so nenne man sie auch einen  
 Geist. p. 2059. Vtrum anima post corporis mor-  
 tem prorsus ab omni materia segregata existat; an-  
 potius subtili quodam corpusculo semper coniun-  
 cta et praedita sit; Philosophus nescit ac facile de-  
 terminare nequit. Quid tamen inde absoni, si ani-  
 ma separata proprie ex definitione data, anima non  
 diceretur, modo spiritus, modo idem ens, quod antea  
 corpori coniunctum fuit, esse concedatur? Dudum est,  
 quod GOCLENTIVS obseruauit l.c. p. animam quandoque  
 non esse animam, seu impropre esse animam,  
 quando nimirum a corpore secreta concipitur. Lis-  
 igitur omnis est vocabularia; cum tamen non defuer-  
 int, qui vocibus inhiare solent, et in recentioribus  
 controuersiis obiectionem hanc identidem ingemi-  
 narunt, haec obseruasse non omnino praeter rem  
 erat. Alias hic animae definitiones proferre in  
 medium superfluum duco, in primis in tanto senten-  
 tiarum

tiarum philosophicarum de mente diuortio. Quid etiam iuuaret, nosse, quod aliis mentem εντελεχειαν πρωτην, alter spiritum incompletum, alii formam corporis et sic porro appellitent, alii tres animalia species sensitivam, vegetatiuam et rationalem admittant; sufficiat nobis nostra definitio, quae recte intellecta foecunda est, et utilis et parum ab ea differt, qua Philosophi quidam recentiores celeberrimi mentis representationes situ et mutationibus in organis sensoriis factis corpori conuenienter contingere asseruerunt; pro situs enim varietate et mutationes in organis variant.

### §. XVIII.

#### *Spiritus et monadis definitio.*

*Spiritus* est substantia simplex intellectu et libera voluntate praedita. *Substantia simplex s. monas* est substantia partibus carens. Vnde patet, mentem intellectu et libera voluntate gaudere (§. 17.), cumque immateriale sit, quod partibus caret, *anima substantia erit immaterialis.*

Quo mentis natura penitus intelligatur nihilque sit in definitione nostra obscurum: quid spiritus sit, quid substantia simplex, explicandum duxi, et quidem tali ratione, ut, quantum possem, receptas seruem definitiones; deduxi inde consequentias et instituto utiles, et quae, definitionem receptas animae adfe-

adfectiones adserere seu complecti ostenderent. Vocabulum monadis, antiquioribus iam Philosophis non incognitum, Pythagoreis potissimum usitatum, a recentioribus vero in Philosophiam reuocatum; hodie a quibusdam pro solis corporum primis elementis adhiberi suevit. Ipse in generali sensu, qui hunc specialem includit, monades pro substantiarum simplicium synonymis habeo, a quo significatu nec ipse illustris LEIBNITIUS abhorret. Ceterum nil ad me pertinere arbitror, si quis nimium imaginationi indulgens monades seu simplices substancialias pro non-entibus venditet ac alto supercilio sequens pronunciatum tanquam ex tripode proferat: Quicquid partibus caret, quicquid extensum non est, nec est nec esse potest. Supra enim iam obseruui, non cum materialistis; sed cum Dualistis hic mihi esse negotium qui actu immaterialia et substancialias simplices, (quales v. g. spiritus sunt) una cum corporibus admittunt. RAPHSONI autem et RUDIGERI virorum cetera doctissimorum extensa spiritualia seu spiritus extensi et expansa immaterialia autores suos vel in materialistarum ad minimum subtiliorum castris militare ostendunt, vel circuli sunt quadrati, montes sine valle, Blytyri et Scindapsus. Videbimus deinceps, num praeter spiritus animasque etiam aliae dentur monades, ac ubi locorum sint inueniendae.

### §. XIX.

*Composita et corpora quid sint?*

Composita sunt, quae ex partibus constant. Ea vero entia composita seu extensa,

tensa, quae in mundo existunt, *corpora* dicuntur.

Alterum, quod in commercio considerandum distinque euoluendum, corpus est, quod mens suum vocat, utpote, quod ipsi semper praesens, secundum cuius situm representationes eius *materialiter*, secundum organorum eiusdem constitutionem vero *formaliter* limitantur. Cuius cum specialis notio, vberiori explicatione ex ratione instituti non indigeat; sufficit hic generalem adferre corporis notionem, sub qua nostrum corpus tanquam species comprehenditur. Sed nominalem hic tantum habes, quae essentiam corporis intrinsecamque eius possibilitatem nondum exhibit, talem tamen, quae sufficit ad corpus a rebus aliis distinguendum ac ex qua essentialia corporis cuncta ratiocinando, simul et experiendo colligi possunt vterius, ac praeter extensionem etiam vis inertiae cum vi motrice in eodem deprehenduntur facilime. Videbis quae-dam deinceps.

### §. XX.

*Monadum in corporibus existentia, s. corporum ex monadibus compositio evincitur.*

*Corpora constant ex simplicibus s. monadibus.* Corpora sunt entia composita (§. 19.), constant igitur ex partibus (per §. eundem). Partes istae vel iterum erunt compositae s. habebunt alias partes

et

et hae rursus alias et sic in infinitum; vel deueniendum tandem ad partes, quae ex aliis non constant. Si primum; numerus partium infinitus erit, cuius existentia implicat contradictionem (vt in diff. *de Aeternitate Mundi impossibili demonstratum* §. 21.): corpus ergo ex partibus est compositum, quae alias partes non habent; constat ergo ex simplicibus, seu monadibus (§. 18.).

Aliam theorematis demonstrationem in Celeb. WOLFFII ontolog. §. 686. p. 517. inueniet, coll. BULFINGERI dilucidat. p. 92. B. L. Cum tamen hanc meam apud quosdam faciliorem ingressum inuenturam confidam et varietas delectet, eandem proferre placuit. Cui vero demonstratio minus arridet, adeat virorum doctiss. loca cit. ac mature cuncta penfit. Magni sane momenti est haec veritas ac prorsus aliam nobis de corporibus multoque distinctiorem ingenerat notionem, nec parum difficultatis in negotio de commercio mentis et corporis aufert, vt ex dicendis apparebit. Haud quidem me fugit, non paucos Philosophos et Mathematicos haud incelebres diuisionem seu diuisibilitatem corporis in infinitum admittere; imo geometris demonstrationibus eandem stabilire, vt KEILIVS Celeb. Anglus in *introductione in veram physicam* p. m. 24. sequ. inter alios fecit; sed dudum alii obserua-

seruarunt, non satis caute Viros doctissimos Corpus mathematicum a physico, partes actuales a possibilibus distinguere. Conf. LEIBNITII Theodicea §. 70. et WOLFFII Physic. p. 12. Imo sane, qui principium rationis sufficientis admittunt, simplicium corporis partium existentiam non minus ac in numero unitatis admittere tenentur. Si vero quisquam id a se impetrare nequit, ut simplicia haec admittat, is propositionem hanc iis annumeret principiis doctissimorum Harmoniae defensorum, quae in demonstratione Influxus Physici me adhibitum supra monui, neque id mihi vertat vitio quod in conuincendis aliis eiusmodi propositionibus utar, quas ipsimet concedunt.

### §. XXI.

*Agere quid sit?*

*Agere* dicitur ens, quando rationem in se continet existentiae (mutationis) cuiusdam rei.

Consideratis rerum, quae in se inuicem in commercio mentis et corporis agunt notionibus; iam genuinus actionis conceptus perpendendus est. Quo simplicior, quo facilior actionis notio videri posset, eo difficilior fuit Philosophis eius euolutio. Multi rem per se intelligi non vero explicari posse cum CARTESIO existimarunt; Scholastici definitiones attulerunt synonymicas; recentiores vero, LEIBNITIVS, WOLFFIVS aliique ita definiuere, ut ad intrinsecas quidem rerum finitarum actiones, nulla vero ratione ad extrinsecas quadrare possit. Actionem nimisrum dicunt mutationem, cuius ratio in ipso statum suum mutan-

mutantē continetur. Sit penes alios iudicium. Vi-  
detur definitio, quam dedi, ab his libera esse incom-  
modis. Forsitan vero superfluum esse existimas, ea  
a me definiri, quae per se iam intelliguntur; sed  
ignoras ni fallor genuinae methodi indolem, ac de-  
monstrationis leges. Si generali responsione con-  
tentus non es, specialiora accipe: Adhibet Celeb.  
**L E I B N I T I V S**, quamuis actionem mentis in cor-  
pus et vicissim corporis in mentem reuera neget;  
saepissime hoc vocabulum et quidem salua harmo-  
nia praestabilita; dum per actionem intelligit statu-  
m, quo vnum mutationis quae in altero contingit  
rationem quomodounque continet, id quod lecto-  
ribus hypothesum Viri Illustris ignaris imponere  
potest variis modis. Ne Viro Illustri quidquam af-  
fingere videar, en ipsius verba: *Je crois de même,  
qu'il est très vray, de dire, que les substances agissent  
les unes sur les autres, pourvū qu'on entende, que l'une  
est cause des changemens dans l'autre, en consé-  
quence des loix de l'Harmonie ; vide Journal des Sca-  
vans 1696. p. 258.* Erunt, ni fallor, Lectores,  
quibus haec obseruatio simile **C A R T E S I I** exem-  
plum reuocabit in memoriam, qui, quamvis terram  
reuera moueri non modo circa axin, sed et circa so-  
lem statueret, lerido tamen inuento effugium inue-  
nit, quo saluo systemate Copernicano terram reuera  
et proprie loquendo quiescere, nec moueri loco,  
posset afferere. Conf. eiusd. *Princip. Philosoph. P.*  
**I I I. §. 26 - 29.** Sed haud inepte forsitan coniectat  
**H V E T I V S** *Censurae Philosoph. Cartesianae p. 110.*  
dum virum cautum censuram potius philosophorum,  
quam purpuratorum ecclesiae Romanae patrum et  
inqui-

inquisitorum incurrere voluisse existimat, quippe de quorum rigore recens Galilaei infortunium satis euidentem edocere poterat. Verum illustri LEIBNITIO nil huiusmodi metuendum: Virum certe spectatissimi candoris a fraudis intentione et dolo malo absuisse credo. Quod WOLFFIANAM definitionem actionis attinet, quam supra allegauit, proposuit eandem Vir summus, quoad sensum, in *Metaphys. minori.* §. 104. Wenn etwas verändert wird, ist der Grund entweder in ihm, oder außer ihm anzutreffen, eines von beyden ist nothwendig. Eine Veränderung deren Grund in der Sache anzutreffen, die veränderrt wird, heisset man eine That oder Thun. Sed leuicula haec in transitu notasse sufficiat. Ceterum nonnullam definitioni lucem addundent, quae supra ad §. 4. notaui. \*)

## §. XXII.

\*) Haud incongruum forsitan erit, nec ingratum nonnullis L. B. si hoc loco notauerim ex nostra actionis definitione patescere, quod definitio Cel. BILFINGERI de existentia, quam per statum explicat, quo agere potest vel pati naeuo labore palpabili. Attento enim cuilibet perspicuum est, notionem actionis iam supponere ac inuoluere existentiae conceptum, Hinc circulum in definiendo committi, si quis existentiam per statum agendi definire vellet; cum agere sit rationem existentiae continere. Quantum lucis sit habitura explicatio: Existentia est status, quo quis rationem existentiae alterius rei habere potest, quilibet facili ratione perspicit. Idem est ac si dicerem Blitri est status, quo quis rationem blitri alterius in se continere potest.

## §. XXII.

*Vis et Principium quid? Canon de viribus.*

*Vis* est id, quod rationem sufficien-  
tem continet actualitatis actionis, seu  
est conatus agendi. *Principium* est,  
quod rationem alterius in se conti-  
net: adeoque vis est principium mu-  
tationum (§. 21.). Cum autem fieri  
nequeat, ut, posita ratione actualitatis  
actionis sufficienti, eadem non ad actum  
deueniat; nisi quid obstat: *ex vi continuo*  
*quaedam actio nascitur, si nullum intercedit*  
*impedimentum.*

Non satis distincte olim vim a potentia et facul-  
tate agendi distinxerunt Philosophi. Vnde vel  
ipse Claubergius haec pro synonymis habet. *ontol.* §.  
234. Haud tamen acumini illustris LEIBNITII  
se subducere potuit, quod hic intercedit discri-  
men. Obseruauit enim dudum Vir de virium do-  
ctrina veraquē dynamica praecclare meritus, poten-  
tiam, nudam denotare agendi possibilitatem; cum  
vis principium mutationum inuoluat, ac realiter ad  
actum concurrat. *Sed vis actiua, inquit, actum quen-*  
*dam siue ευτελεχειαν continet atque inter facultatem*  
*agendi actionemque ipsam media est et conatum inuol-*  
*uit; atque ita per se ipsam in operationem fertur;*  
*nec auxiliis indiget, sed sola sublatione impedimenti.*

Placuit definitionem Leibnitianam ex alia quadam deriuare cum Celeb. w o L F F I O , quae ad conclusiones deducendas magis apta videtur. Nec tamen repugnat vsui loquendi, vt exemplum vis grauitatis, vis elasticæ in tenso arcu vel lamina chalybea compressa facile attendenti euincet. Communiter sibi periuident plerique, vim actiua supponere subiectum, cui inhaereat, ac eandem per se substantiam esse posse, absolute negant. Sed ventum vennantur et aerem feriunt, quamdiu nondum euoluta substantiae notione eiusmodi agitant quaestiones, vel decidunt. Si per substantiam ens intelligis perdurable et modificabile, quidni vis actiua substantia esset: cum, eandem perdurare posse et modificari, vix sit, qui negare audeat; modo imaginationem intempestiue sedulam ac receptacula sibi attributorum hic effingentem debite cohibeas. Distinguui tamen vires legitime posse in *substantiales* seu primitiwas et *accidentales*; nec sua utilitate destrui distinctionem, deinceps ostendemus.

### §. XXIII.

*Spatium, idem implere, Locus, et Situs  
quid sint?*

*Spatium* est ordo rerum coexistentium, quatenus coexistunt. *Spatium implere* dicitur ens, in quo ordo datur coexistentium, qua talium. *Locus* est modus determinatus et finitus coexistendi cum reliquis coexistentibus seu est ordo coexi-

sten-

stantiarum continuarum. *Situs* est ordo coexistentiarum non continuarum. *Quicquid ergo locum habet seu in loco est, est etiam in spatio; entia autem diuersa (de substantiis finitis loquor) simul in eodem loco esse nequeunt.* (§. 610. ontol. Wolff.).

Si spatii connexamque loci notionem semper crucem fixisse Philosophis assuerauerim, nil forsan dixerim a veritate alienum. Testes sunt omni exceptione maiores DERODONIS, RAPHSONI aliorumque figmenta, quae Viris summis etiam non-nunquam imposuerunt; ut nec immortalis memoriae NEWTONVS omnino ab iisdem sibi satis cauere potuerit. Quid illis de continuo difficillimis controversiis ansam dederit non minus notum est, quae tamen tantum difficultatis habere videbantur, ut non immerito *Libertus Fromondus* suum de hoc argumento librum *Labyrinthum continui* inscripsisse videatur. Sed distinctas qui harum rerum sibi formauerit ideas, si ab imaginationis sibi prospexerit fallaciis; non inueniet aliud certius ariadneum filum, quod in multis rebus ac quaestionibus philosophicis satis perplexis optatum ipsi monstrare posset exitum. Facem Illustr. LEIBNITIUS etiam hoc in negotio nobis accedit. vide *Recueil de diverses Pieces* Tom. I. p. 31. sequ. grati eadem vtemur, cum in quibusdam et nobis in posterum viam sit monstratura ac commune illud remotura praeiudicium a Cartesianis postmodum magis confirmatum:

nil esse in loco, nisi quod longum sit, latum ac profundum.

### §. XXIV.

*Motus speciatim intestinus et totalis, Vis motrix, primitiva, deriuativa quid sint?*

*Motus* est continua et successiva loci mutatio. Mutatio situs, quem partes in ente erga se inuicem obtinent, *intestinus motus*; totius vero motus *totalis* appellatur. *Vis motrix* est id, quod rationem actualitatis motus cuiusdam in se contineat, seu est conatus mouendi. *Vis motrix primitiva* est, quae mobili per se inest: *deriuativa*, quae per modificationem primitivae resultat. Ex dictis sequitur, cum nil sit sine ratione sufficiente, *ens se ipsum aliae mouens gaudere vi mouendi*.

Motus haec definitio nominalis tantum est, non realis; quae tamen scopo nostro sufficit, cum ex eadem, si modo cum connexis consideretur, quae ad scopum nostrum faciunt, cuncta possint deduci. Facebit vero et hic saepe saepius incautis negotium imaginatio; quod mirum nemini videri debet, cum vtraque et temporis et spatii notio, quibus communiter multum imaginarii admixtum est, in motus idea constituenda quodammodo concurrit. In motu enim continuo ens ad alias coexistentia referuntur;

tur; adeoque in spatio consideratur: cum vero haec relatio continuo mutetur et successiue, ordo vero successuorum tempus denotet: sequitur motus notionem ex utriusque ideae compositione constitui. Est vero in motu et causa eiusdem seu vis motrix consideranda, quae vis actiuae speciem constituit ac in nisu seu conatu ad motum consistit, quam in primitiuam et deriuatiam non incongrue diuidunt recentiores. Videtur illustris LEIBNITIUS primitiuam, tantum corpori tribueret; sed nil refert, quo minus omni tribuatur mobili. Modo notes conatum per se inesse nil mihi aliud indigitare, quam mobile eundem non ex modificatione quacunque causae externae finitae, impulsus, et caet. accepisse, sed inde ab ortu a summo Conditore eidem esse impressum. Potuisse hic addere motus haud ineptam distinctionem in motum per se et per accidens; sed ne nimis longa B. L. ambage morer, libens haec transeo.

## §. XXV.

*Motus in moto nil mutat intrinsece. Reale  
in motu quid sit?*

Quatenus in motu nonnisi ad loci respicimus mutationem seu motum in se consideramus, nullam ille intrinsecam mobili, quod mouetur, infert mutationem. Quod si vero ad id, quod mobili, dum mouetur, intrinsecum, seu in motu reale est, aduertere velis animum,

*conatus tibi occurret momentaneus, suum  
nimirum mutandi locum.* Cum enim lo-  
cus non sit, nisi modus coexistendi cum  
reliquis rebus (§. 23.), is vero non, nisi  
relationem ad alia coexistentia; adeoque  
nil, nisi enti extrinsecum inuoluat: sequi-  
tur eius mutationem, qua talem, nullam  
moto intrinsecam inducere mutationem.  
Motus adeoque, quatenus talis, nil mutat  
in ente intrinseci (§. 24.). Cum au-  
tem praeterea mobile quod locum mutat,  
sit vi praeditum motrice (§. 24.) eandem-  
que intrinsecum quid esse nemo negaue-  
rit, cum per se intelligi possit; adeoque  
aliquid sit reale: sequitur, *τὸ* reale in mo-  
tu seu mobili intrinsecum, esse momen-  
taneum mouendi conatum, siue conatum,  
suum mutandi locum.

Magnum trahunt hae obseruationes in philo-  
sophia reali momentum: nil tamen continent, quod  
non sit adeo euidentissimum, ut a vulgo etiam com-  
prehendi possit, et concedatur. Nemo enim est,  
qui eundem globum non putet, quem in alio iam  
loco videt, quam fuerat antea. Et recte: nil enim  
variatur, nisi relatio, cum mutatur locus, quatenus

muta-

mutatur. Sed etiam altera propositionis pars, adeo non est incognita. Experiuntur pictores, qui motum seu corpus in motu constitutum pingere volunt, euangelere omnia, nihilque suis posse tabulis exhiberi, praeterquam illam conantis figuram, quae externa conatus ad motum signa nobis repraesentat. Qua alia ratione hominem currentem arte sua effingere possunt, nisi, ut nobis hominem protensis manibus, pedibus ad motum dispositis coloribus viuis depictum fistant? En veritatis nostrae evidentiam non modo oculis rationis praesentem; sed et viuis coloribus depictam oculisque corporis expositam! Iuuabit, haec olim meminisse, cum imaginariae notioni motus, tanquam antidotum, vim nocuam adimat.

### §. XXVI.

*Omnimode determinatum quid sit?*

*Omnimode determinatum id dico, in quo nil eorum adhuc poni vel determinari debet, sine quibus res existere nequit. Cum autem nemo non intelligat, res sine iis existere non posse, sine quibus existere nequit, omne ens erit omnimode determinatum.*

Omnimoda haec eorum, quae enti insunt determinatio, *principium individuationis* absolutum, κειμενον illud nou-antiquum, ac obicem ponit et aggrearem illi haud insuetae hominum praecipitantiae, qua abstracta saepius sine ylteriori determinatione exis-

re singunt ac ex hac ratione satis truncatos de rebus conceptus sibi formant.

### §. XXVII.

*Simplicia elementaria in loco esse et moueri demonstratur, licet locum non repleant.*

*Simplicia, ex quibus corpora constare, supra demonstrauit (§. 19.) ac, quae in posterum dicam ELEMENTARIA, sunt in loco ac mouentur; locum tamen seu spatum non implet. Cum cuncta quae existunt, existant omnimode determinata: (§. 26.) simplicia etiam quoad coexistentiam omnimode determinata erunt; habebunt adeoque modum determinatum coexistendi cum aliis rebus, i. e. locum, cum de eorum finitudine nullum sit dubium (§. 23.). Quotidiana autem experientia quemuis edocet, corpora, sensibus in mundo obvia, suum locum mutare seu moueri: haec vero ex simplicibus elementaribus, tanquam partibus, constant (§. 20.), simplicia adeoque locum suum mutant seu mouentur, nisi concedere velis, posse moueri totum, partibus in priori loco remanenti-*

nentibus. Constant tamen simplicia non ex partibus ut corpora, sed omnibus de-  
stituuntur partibus (§. 19.); ordo igitur  
rerum coexistentium in iisdem dari ne-  
quit: hinc nec spatium implent, quam-  
uis sint in spatio (§. 23.).

Vix quenquam credo futurum, qui dicta vocare possit in dubium, si demonstrationem vel per trans-  
ennam tantum perspexerit; imo non dubito, fore plerosque, qui haec demonstratione non indigere,  
sed per se clara esse existimabunt. Potest sane ex loco et motu corporis nil aliud inferri, quam vtrum-  
que competere simplicibus, quae corporis sunt constitutiva. Si quis tamen simplicibus motum dene-  
gauerit, vt Celeb. WOLFFIUS hinc inde fecisse videtur, is, nisi fallor, in alio sensu motus vocabu-  
lum accipiet: motum enim per se negare Virum doctissimum, concedere motum per accidens, nemo ibit inficias, qui scripta eiusdem legit. In praesenti vero de motu in genere loquor; adeoque vir doctissimus non est contrarius. Vtrum eisdem competat motus per se, an per accidens, deinceps videbimus. Ultima theorematis pars cauesis tibi animo excidat. Exemplum fistit euidentissimum, non omne, quod in loco vel spatio est, implere spa-  
tium... Competit hoc composito et extenso; non vero simplici et indiuisibili, quod tamen in spatio esse non poteris negare. Procul esto imaginaria spatii et loci idea confusarum notionum genetrix

nimum foecunda! Si quis vero vocum vim et  
potestatem immutare voluerit, is, nulli dubitamus,  
quin facili negotio sit euicturus, simplicia non esse  
in loco. Ita enim illustris, quem veneramur, Philo-  
sophus hoc probaturus, sequentem praemittit defi-  
nitionem: *in loco esse* aliquid dicitur, quatenus idem  
*fingitur in spatio imaginario pars eiusdem extensionis.*  
Prona hinc fluit consequentia: *Ens simplex utpote*  
*non extensum, neque ut partem eiusdem extensionis*  
*in spatio imaginario fingi posse.* Ergo simplicia non  
erunt in loco. Quis vero non videt eam esse assump-  
tam definitionem, de eo, quid sit in loco, quae το  
κειμενον s. id quod in quaestione est iam inuoluit  
et ab eo significatu prorsus est aliena, quem voci  
tribuunt, qui simplicia in loco esse tuentur et hac  
demonstratione sunt refutandi. Nos nitimur hoc  
locu definitione Celeberrimi WOLFFII, qui lo-  
cum definit per modum determinatum coexistendi  
cum aliis rebus. adeoque id locum habebit s. erit  
in loco, ex nostra sententia Wolffianae consona,  
quod habet modum determinatum coexistendi cum  
reliquis rebus. Id quod simplicibus elementariis,  
quae certo modo inter se iuncta, corpora constituant,  
minime denegari poterit. Simplicia vero *replere*  
*locum* s. spatiū ego non dixerim; cum vulgato  
sensu id quandam inuoluat extensionem. Quod si  
vero aliquis praefacte simplicibus locum denegare,  
eademque tantum esse, ut in loco concedere voluerit,  
si concedat eadem modo quodam finito et determi-  
nato aliis, quibus cinguntur, coexistere, in verbis fa-  
ciles erimus, modo in re conueniamus. Idem de  
motu dicendum. Non recusabimus, simplicibus,

si ita

**I**ta lubitum fuerit, quandam *ut motum* concedere, si motus proprius ipsis denegandus; modo non seclusa a corpore cui inexistunt seclusa, eodem moto relinquuntur; sed suum *ut in loco* reuera mutent. Nostra enim demonstratio de actione monadum, imo et mentis reali in alias res externas nihil inde virium amittet. Voces enim sunt mutatae, saluis rebus et definitionibus. Neque vero est, cur quis Deum O. M. nobis obiiciat, qui, vtpote simplex, non sit proprie in loco. Primo enim non valet consequentia ab eo, quod simplici infinito competit ad omnia simplicia, etiam inferioris ordinis. Deinde probe obseruandum Deum O. M. eam ob rationem non esse in loco, quia non habet per se determinatum vel finitum modum coexistenti cum reliquis rebus; sed coexistit omnibus. Quando vero ipse quasi se determinat ad suscipendas in certo rerum ordine actiones peculiares, haud incommode *ut in loco* esse dici poterit. Alia vero res est simplicium elementarium et animarum, quae vtpote finitae, dum extra se existunt necessario in certo limitato et determinato coexistenti modo existere debent.

### §. XXVIII.

*Vis seipsum mouendi inuoluit vim alia quoque mouendi realiter.*

*Vis mouendi, quae efficit, ut ens quodpiam locum suum proprium mutet, sine vi mouendi, res alias, quibus cingitur, concipi nequit, sed ista posita haec simul ponatur, necesse*

*cessē est.* Vis enim mouendi, quae efficit, ut ens locum suum proprium mutet, non est, nisi conatus, hunc suum mutandi locum (§. 24.) i. e. occupandi locum ab eo, quem iam occupat, diuersum et quidem eidem continuum (§. cit.). Sed coexistentia alia, quae vbique mobile cingunt, loca ista a loco mobilis diuersa obtinent; duo autem diuersa entia simul in eodem loco esse nequeunt (§. 23.): ens ergo vi se ipsum mouendi praeditum, res alias loco pellere nitetur, si illae resistant. Quod si vero etiam sponte cedere supponantur, tamen id quod in nisu tali, qui requiritur ad motum extra se perficiendum, siue alias res loco pellendas, in motu progressuo iam adest; cum resistentia sit tantum causa occasionalis motus, nec vi intrinsecae quicquam addat: Ens ergo, quod se ipsum mouet, conatu gaudet mutandi locum coexistentium seu vi mouendi res alias (§. 24.). Vis ergo, se ipsum mouendi, sine vi mouendi res alias concipi nequit, sed ista posita, haec ponitur simul.

Quae

Quae hic demonstravi, in omni vi mouendi facilime obseruantur. Concipe tibi globum ex tormento bellico explosum, quanta celeritate suum mutat locum, tanta vi seipsum mouendi illum praeditum fateris. Potesne vero hanc mouendi vim cogitare, nisi simul concedas, pollere eundem vi disspellendi obiecti aeris particulas, imo, si experientiam testem probas, vel solida penetrandi corpora. Poterisne piscibus vim natandi, id est vim, se ipsos in aqua mouendi, auibus volandi concedere, si neges, viribus illos pollere propellendi aqueas moleculas, has vero particulas atmosphaerae circumiectae. In vnius conceptu includitur alterum, ut separari prorsus non possint haec duo: vis mouendi se ipsum et res circumiectas.

### §. XXIX.

*Actio realis simplicium elementarium in se inuicem demonstratur.*

Simplicia elementaria non modo in se inuicem agere possunt, sed etiam in se inuicem agunt realiter, non apparenter. Fac enim simplicia non agere in se inuicem. Cum simplicia elementaria moueri demonstratum sit (§. 27.) ac nil sit sine ratione sufficiente, ratio huius motus sufficiens adsit necesse est. Haec vero in simplicibus aliis, moto contiguis, seu extra simplex motum,

motum, contineri nequit; alias enim simplicia agerent in se inuicem (§. 21.), quod contra hypothesin; ratio itaque motus simplicium in ipfis met simplicibus motis continetur. Gaudent ergo vi se ipsa mouendi (§. 22.): cumque vis, qua ens se ipsum mouet, sine vi mouendi res alias coexistentes contiguas, nulla detur (§. 28.): elementaria simplicia habent vim alia mouendi simplicia, quibus cinguntur; adeoque vi in eadem agendi pollent (§. 22.). Cumque vis non modo potentiam ponat siue solam agendi possibilitatem; sed et continuo actio quaedam exinde nascatur, nisi intercedat impedimentum (§. 22.): eiusmodi vero impedimentum nullum hic possit concipi ac praestabilita aliorum simplicium fuga ex interna preterminatione diuina artificiosissima sine ratione assumeretur; cum possibilitas, imo conatus id efficiendi s. motum aliorum determinandi iam adsit in simplicibus, qui tum foret frustraneus: simplicia elementaria in se inuicem agunt et quidem reali-

realiter, non apparenter. *Idem quoque aliter posset demonstrari*: Simplicia elementaria sunt impenetrabilia, ex sententia Illustr. LEIBNITII, qui substantias finitas omnes impenetrabiles asserit. videatur eius *Epist. ad Cl. WAGNERVM p. 201. Tom. I. Epist. Edit. Kortholtianae.* Hinc fieri non potest, vt vna sit in loco alterius. Ergo datur aliquid reale, vi cuius vnum simplex aliud excludit ac contra nititur, ne in suum irruat locum. Cum enim moueri simplicia certissimum sit (§. 27.) neque diuersa simplicia secundum contrariam directionis lineam moueri, adeoque sibi inuicem occurtere impossibile sit, imo etiam id quod ex conflitu corporum et occursu eorundem colligimus, reuera contraria directione contra se inuicem ferantur; sequitur in eo casu statuendum, aut simplicia se inuicem penetrare, quod contra asserta LEIBNITII; aut si inuicem resistant; in se inuicem agere. Q.e.d.

En Physicum influxum elementarium simplicium in se inuicem satis dilucide adstructum, eamque Harmoniae Vniuersalis Leibnitianae partem euersam, quae elementares etiam, infimique ordinis monades, seu corporum elementa omni extra se ac in se inuicem agendi potentia destituta, ac in suis mutationibus harmonice tantum consona supponit! Constat enim, Illustrēm LEIBNITIVM, vi suae harmoniae yniuersalis praestabilitae, nullas rerum creatarum, monadumque deriuatiuarum reales in se inuicem actiones admittere; ac cunctas, quae in monadibus contingunt, mutationes ab interno cuiuslibet principio deriuare, quarum praestabilitum a Deo inter se consensum, actionum passionumque speciem tantum mentiri existimat. Quicunque Philosophi huius illustris sententiam curatius percipere cupit, ad ea eiusdem *Principia Philosophiae Actis Lipsiensibus* anni 1717. inferta ac postea a Celeb. HANSCHIO edita, in primis §. VII. XI. sequ. Fatendum quidem, Virum illustrem subinde in scriptis suis eiusmodi ut loquendi formulis, quibus realem etiam actionem monadibus in se inuicem tribuere videtur, quemadmodum in eiusdem commentatiuncula de *anima brutorum* ac epistola quadam ad doctissimum WAGNERVM mathematicum in academia Iulia celebrem me obseruasse, memini; sed, si quis verba Leibnitiana supra ad §. 19. exhibita fibi reuocet in memoriam ac aequitati consonum esse, vt Philosophum ex suo interpretetur systemate, perpendat, vix mihi concesserit, vt LEIBNITIVM, quamuis vellem, Influxionistis hac etiam in parte vindicem. Sed veritati, vt credo, nil nocebit, licet fatendum sit, Vi-

rum

rūm celeberrimum in alia fuisse sententia; præser-  
tim, cum ex principiis, quae ipse met admittit ac  
admittere necesse habet, theorema nostrum sit de-  
monstratum, adeoque et magnum illud, de mo-  
tus communicatione, problema ex recentioris phi-  
losophiae principiis per influxum sit solutum. Est  
tamen, quod circa demonstrationis formam notari  
meretur, ne quis forsan Philosophiae rationalis tyro  
circa eandem haesitet, cum mirifico ratiocinandi  
genere ex falso directe elicere verum in demonstra-  
tione videamur, quod, vtrum legitime fieri possit,  
nec ne, superiori seculo inter Viros celeberrimi-  
mos, ANDR. TACQVET, Mathematicum insig-  
nem et DANIEL. LIPSTORPIVM, haud obscuri  
nominis Cartesianum, in vtramque partem fuit agi-  
tatum. TACQVETVS in thesibus suis triumphalibus,  
quas illustrissimus S. Imperii comes THEO-  
DORVS D' IMMERSELLE, Louanii 1652. de-  
fenderat, ac Sereniss. Archiduçi LEOPOLO CO-  
RONAE triumphalis loco obtulerat, inter alias et  
hanc proposuerat thesin: *Ex falsis directe elici pos-  
se verum, nouis exemplis Geometricis confirmabimus.*  
Paradoxon hoc parum arridebat LIPSTORPIO,  
qui illud in *appendice speciminum Philosophiae Car-  
tesianae* anno 1653. sub examen vocauit, ac variis  
impugnauit argumentis. Non defuit TACQVE-  
TO, quod regeret; hinc anno sequenti in *appen-  
dice suae Geometriae* LIPSTORPIO respondit et  
ad varia, potissimum mathematicarum demonstra-  
tionum, prouocauit exempla, quibus Thesin suam  
stabilire conatus est, cuius generis plura exempla  
postmodum in *operibus suis mathematicis* posthu-

mis hinc inde sollicite adnotauit; quibus an quicquam regesserit LIPSTORPIVS, mihi quidem in praesenti non succurrit. Ceterum summa modestia vtrinque Viri hi celeberrimi, diuersis licet sacris addicti, raro exemplo, ita in hac controuersia vni sunt, vt vel eam ob rationem lis haec silentio praetereunda ac obliuioni mandanda haud videatur. Sed redeamus e diuerticulo, haud multum tamen ab instituto alieno, in viam. Me quidem iudice, in nostro, aliisque similibus exemplis, leuicula quaedam crypsis occurrit, qua remota dilucide apparet, non directe ex falso verum, qua tale, seu per se deduci, sed indirecte tantum; directe autem verum ex falso deduci non per se, sed per accidens. Exemplo rem intelliges ad nostram demonstrationem applicato. Ex supposito, quod simplicia non agant in se inuicem, deduxi, quod agant. Propositio haec non ideo vera est, quoniam ex falsa deducta; sed ideo: quoniam haec propositio suppositae est contradictoria, atque adeo, cum illa falsa sit, quia nimur eius contradictoria inde deriuata fuit legitime, haec eius altera contradictoria vera est, i. e., quoniam ex eo, quod simplicia non agant in se, deductum est, eadem agere in se inuicem, falsum est, eadem non agere, adeoque verum, eadem agere. Nulla hic amplius difficultas restat, omnia plana. Mathematicos tamen hic imitamur, quod quilibet hanc crypsin facile supplere possit, imo tacite mens id agat, si perpendicular v. g. E V C L I D I S prop. 12. lib. IX. T H E O D O S I I *Sphaericorum* lib. I. prop. 12. aliasque huius generis demonstrationes, quas in A P O L L O-

NIO, ARCHIMED E aliisque hinc inde me obseruasse memini; quo pertinet etiam demonstratio CARDANI prop. 201. Lib. V. de *Proportione*; ex philosophicis ea, quam ex TACQVETO exhibet WOLFFIVS ad *ontol.* §. 98. obseruauit idem *Vir Illustris* in *Logica Latina maiori.* §. 559. p. 425. nonnunquam in demonstratione apogogica ex assumto contrario propositionis demonstrandae eandem directe colligi, ac certitudinem eiusmodi demonstrationum euincit. Erunt quidem, ni fallor, qui omni hoc demonstrationis negotio facile me supersedere potuisse sibi persuadebunt; cum, si quis modo simplicium concederit existentiam, eorumdem in se actionem negare non possit, nisi simul corporum in se negauerit actionem, quae per experientiam clara videtur. Sed obseruandum, me cum philosophis agere, qui corpora etiam realiter in se agere negant, qui pilam non a manu propelli, sed ex intrinseco principio ad motum manus per aera ferri; similiter globum ex tormento explosum non pulueris pyri vi, sed interno conatu, pulueri pyro tantum harmonico, ex tormento explodi censem. Ex nostra vero demonstracione iam intelligitur, viros doctissimos fugam istam spontaneam sine ratione supponere; cum vis et conatus id efficiendi, sine incomprehensibili prae-determinatione diuina iam adsit. Haud igitur actum egi, dum Theorema praesens demonstratione roboraui peculiari.

## §. XXX.

*Perceptio et repraesentatio quid sit?*

*Perceptio* est rerum externarum in ente simplice repraesentatio. Dicitur autem in genere ens aliquod *repraesentare externa*, si ex eo, quod in eodem obseruat, seu eidem inest, intelligi potest, quales sint res externae.

Repraesentatio, perceptio et cogitatio apud recentiores Philosophos minime sunt synonyma, licet alioquin haud raro tanquam voces aequipollentes adhibeantur. Repraesentatio latissimum habet significatum, nec modo in substantiis simplicibus, verum etiam in compositis admittitur. Sic specula res repraesentant externas, imagines et statuae suum repraesentant prototypum. Ait perceptio non, nisi repraesentationem denotat, quae in substantia contingit simplice, qualis v. g. menti tribuitur, dum profundissimo iacet somno sepulta, qualemque cuilibet ex mente LEIBNITII simplici elementario postea competere ostendemus. Altius omnino quid et praestantius est cogitatio, quam et adperceptionem vocant, quippe, quae perceptionem denotat, cum conscientia coniunctam, qualis in creaturis ratione praeditis, mente v. g. humana, reperitur, imo in brutis etiam sensitiva anima instructis. Multum interest, ut distinctio haec sarta tecta maneat; ne forte, cum acutissimum LEIBNITIVM perceptiones elemen-

tis

tis tribuere constet; Virum illustrem materialistarum coetui adscribamus, qui materiae cogitationem adscribunt: quibus tamen satis infestum fuisse Virum celeberrimum, varia, quae contra LOCKIVM, TOLANDVM aliasque, in suis hinc inde Scriptis, non sine zelo protulit, testantur. Si de eo dubitas, vtrum LEIBNITIVS perceptiōnem in eo, quem definiui, sensu sumat, scrupulum, ni fallor, eximent sequentia eiusdem verba: *Correspondens, inquit, interni et externi seu representatio externi in interno, compositi in simple, multitudinis in unitate reuera perceptionem constituit,* v. Epist. V. C. ad Cel. WAGNERVM, quae extat in collectione epistolarum Leibnitianarum nuper a Cl. KORTHOLDTIO editorum p. 199. Representationem quidem nunquam, vel LEIBNITIVS, vel WOLFFIVS definiuere, sed vix dubito, quin mentem eorum expresserim, cum ad exempla supra allata de representatione in composito, ut et simplici attentus, ab iisdem abstractam esse generalem representationis notionem, facile obseruare possit.

### §. XXXI.

*Simplicia elementaria s. monades elementares percipiunt.*

*Substantiae simplices, quae corpus quoddam constituunt, seu simplicia elementaria res externas percipiunt, seu rerum externarum habent perceptiones.* Simplicia enim

G 3 elemen-

elementaria in se inuicem agunt (§. 29.); adeoque rationem in se continent existentiae mutationum, quae in iis, in quae agunt, contingunt, seu mutationes in eisdem producunt (§. 21.); adeoque simplicia extrinseca, causae efficientes sunt mutationum, quae in aliis simplicibus contingunt (§. 886. *ontol. wolff.*); adeoque mutationes eiusmodi illorum sunt effectus (§. cit.). Sed ex effectu intelligitur qualis fuerit causa (§. 886. *coll.* 881. *ontol.*); ex mutationibus ergo simplicium internis colligi potest, qualia, seu in quo statu fuerint simplicia externa: datur adeoque in simplicibus elementaribus rerum externarum perceptio (§. 30.).

Habes L. B. paradoxon illud Leibnitianum de monadum perceptione ex Leibnitiana perceptionis notione erutum! Nisi me fallunt omnia, sole clarius ex hocce paragrapho dogmatis huius elucescit innocentia. Nec sensum enim, nec cogitationem monadibus haec confert propositio; CAMPANELLA talia defendat, qui in libro *de sensu rerum et magia* omnia perhibet sensu praedita; THALES cuncta spirituum plena afferat; CARDANVS montes, flumina, lapides non minus, quam reliqua ani-

animantia suas persentiscere mutationes tueatur, vt  
 GLISSONVM Anglum, HEITFELDVM, SCRIBONIVM, SEVERINVM, ASLACHVM, ALTS-  
 STEDIVM taceam. Multum ab iisdem differe  
 LEIBNITIVS: diuersa sunt eidem: sensus et  
 perceptio; spiritus et monas. Nec est, cur pro-  
 digia hic cum ineptis quibusdam extimescas, aut  
 arboris instar *Polydori* gemitus, si eadem securi per-  
 cutteretur, vel aliquis ab ea auelleretur ramus. Per-  
 cipiunt ex LEIBNITII mente monades arboris,  
 non sentiunt, non cogitant; multo igitur minus ab  
 eadem responsa expectes, quam a percussa Bileam  
 asina, sine miraculo, voces. Indignum Philosophis,  
 Viris magnis ob verba litem intendere, classicum  
 canere, bellum inferre, euolue voces; quid in cor-  
 respondsu internarum monadis mutationum cum re-  
 bus externis absoni; sed haec est aequipollens per-  
 ceptionum expressio. Nemo illustrem BACO-  
 NEM de VERVLAMIO ideo explosione iudicauit  
 dignum, quod iam ante LEIBNITIVM hac in re  
 magna ex parte Leibnitianus fuerit: *Vbiique* enim  
 acutissimus Anglus, postquam differentiam sensus  
 et perceptionis a philosophis nondum esse euolu-  
 tam conquestus fuerat: *vbiique*, inquit, *datur per-*  
*ceptio*, quam in corporibus etiam (si monades  
 sciuisset, forsan dixisset: in eorundem monadi-  
 bus) locum habere afferit, *de Augm. Scient.* p.  
 409. RITSCHELIO nemo bellum mouit,  
 quod omnium itidem rerum perceptiones, quam-  
 uis diuerso quodam sensu, adseruisset, in *contemplatio-*  
*nibus Metaphysicis* p. 198. 99. obseruante iam Cel.  
 BULFFINGERQ in *dilucid. Philos.* p. 98.99. Cur  
 vero

vero LEIBNITIUS ob suas monades earundemque perceptiones fannis esset excipiendus ? Sed sufficient haec pro LEIBNITIO, quamvis ipsem et eius sententiam hic meam facere nolim; quippe, qui κατ' ανθρωπον disputaturus, ex Leibnitianis etiam sententiis influxui physico stabilimentum accedere, mihi hic euincendum proposui, eumque in finem Leibnitianum dogma ex Leibnitiana vocum significatione deduxi. Ceterum, quae ad defensionem Viri illustris adduxi, notio ostendunt exemplo, multa rideri a rerum imperitis, quae risum minime merentur, nec ideo aliquam propositionem statim esse reiiciendam, quod otiosa ingenia ex eadem parum intellecta, nescio quae, absconsa vel reuera vel apparenter talia deducant; aduersus hasce enim iniurias nullum nec sanctissimum quidem veritatis genus satis tutum est atque munitum.

### §. XXXII.

*Influxus Physicus actione unius substantiae simplicis in alias absolvitur.*

Ad influxum Physicum sufficit actio mentis in simplicia corporis, et simplicium, ex quibus corpora constant, in mentem. Influxus enim Physicus in actione mentis in corpus, corporisque in mentem consistit (§. 10.). Sed corpus constat ex simplicibus, ex quibus, tanquam partibus, componitur (§. 20.) ; nemo adeoque negauerit, mentem in corpus agere, si agit in

in simplicia seu eiusdem partes; nec dubitare poterit de actione corporis in mentem, si modo de simplicium, ex quibus corpus componitur, in mentem actione fuerit conuictus. Ad influxum ergo physicum sufficit actio mentis in simplicia corporis et simplicium, ex quibus corpora constant, in mentem.

Haud exiguum haec obseruatio in re praesenti momentum trahit, nec parum est profutura ad varia contra influxum praeiudicia e medio auferenda. Ut plurimum enim offendiculo esse solet influxus Physici osoribus, quod in eodem res omnino heterogeneae, corpus et mens, quae nil fere communne habere videntur, in se inuicem agere supponantur. Simplicibus autem in corpore detectis, physicus influxus non, nisi actionem simplicis in simplicia, i. e. simplicis cuiusdam, praestantioris naturae ac eminentioris gradus, in simplicia, inferiorum graduum, monadesque elementares; et contra simplicium inferiorum in quandam eminentiorem simplicem substantiam, mentem nimirum, denotat ac supponit. \*) Nec minus obseruatio nostra,

G 5 quantum

\*) Doctissimus Editor auctiorque versionis Latinae Tübingensis Tentaminum Theodiceae illustris LEIBNITII, quae prodiit 1739. p. 664. nostra explicatione scrupulum nondum tolli existimat. animam quidem in unum ens simplex separati consideratum, agere posse concedit; ast in plura et unita agere posse negat. Optarem,

quantum illi fallantur, ostendet, qui neminem influ-  
xum defendere posse putant, nisi, qui adeo stupi-  
dus sit, ut mentem prorsus ea ratione in corpus, ac  
corpora in se inuicem, per partium attactum, age-  
re adserat. Cum enim simplicia partibus careant;  
influxus vero simplicium in simplex actione pera-  
gatur; actionis modus naturae simplicium conue-  
niens sit, necesse est; adeoque corporeus attactus  
esse nequit. Qui imaginationi imperare vel non  
potest, vel non vult, desinat philosophari, aut ad  
minimum nostros hic non turbet circulos. Sed  
tempus erit, ut ad rei deueniamus caput ac influ-  
xus physici exhibeamus demonstrationem. Cum  
vero in re ardua non inconsultum sit, B. L. animum  
praeparare, quo eo certius de eadem conuinca-  
tur, maiorique evidentia rem omnem comprehen-  
dat: ex ipsis recentiorum principiis influxum phy-  
sicum non modo possibilem esse, verum etiam pro-  
babilem reliquisque commercium M. et C. expli-  
candi  
~~rem, ut omnes influxus aduersarii nobis idem tan-~~  
~~tummodo largirentur, quae Vir doctissimus concedit,~~  
~~non dubitamus, rem cito confectam et controuersiam~~  
~~facile compositam fore. Quod si enim menti, quodam~~  
~~temporis momento, potentia tantum in vnum agendi~~  
~~elementum concedatur, quidni successiue summa ce-~~  
~~leritate in plura agere poterit? quemadmodum vnum~~  
~~miles successiue plura tormenta ordine disposita~~  
~~explodere potest. Ut de eo non dicam, quod~~  
~~vnum elementum iterum in aliud, adeoque primum~~  
~~in plura agat. Mentem vero etiam eodem momen-~~  
~~to in plura simplicia elementaria simul agere posse~~  
~~ex nostris in Schreiberianam Demonstrationem anima-~~  
~~aduersionibus dilucide constabit~~

candi Systematis longe praferendum antea ostendam; postmodum vero demum veritatem illius extra omnem dubitationis constitutam aleam ac unicum verum et reale Systema; quo commercium M. et C. explicandum est; Influxum Physicum esse euincam.

### §. III. XXXIII.

*Perfectio absolute talis quid? In Deo omnes perfectiones sunt absolutae.*

Perfectio, quae nullam per se infert limitationem, seu, quae cum omnitudine possibilium (vt loquuntur Scholastici) consistere potest, perfectio dicitur *absolute talis* seu *simpliciter simplex*. In Theologia naturali autem demonstratur, *quaecunque in Deo T. O. M. locum inueniunt, perfectiones esse simpliciter simplices*, nec, nisi cum limitationibus seu imperfectionibus, ullam inuoluere repugnantiam.

Propositiones, quas hic lemmatum instar ex Theologia naturali mutuas sumsi, euincit S. R. BULFFINGERVS *Dilucid. Philos.* §. 408, 409. et doctiss. CANTZIVS in *Vsu Philosoph. Leibnitiae in Theol. P. I. Cap. I. Sect. III.* per totam sectionem.

### §. XXXIV.

## §. XXXIV.

*Possibilitas Influxus Physici demonstratur.*

*Influxus Physicus est possibilis.* Influxus physicus mentis in simplicia corporis et vicissim eorundem in mentem actione absoluitur (§. 32.). Si adeoque possibilitas physici influxus euincenda, ostendendum, eiusmodi mentis extra se actionem in alia simplicia nullam inuoluere contradictionem (§. 85. *ontol.*) : perpendamus adeoque, num quicquam in mente reperire liceat, quod eiusdem actioni in res externas repugnet. Quae in mente inuenimus, huc potissimum redeunt, quod mens sit ens simplex, nec non, quod sit ens perceptuum seu percipiens, idque longe eminentioris gradus, quam simplicia elementaria, siquidem est distincte perceptuum seu intellectu et voluntate praeditum (§. 17. 18.). Simplicitati mentis actio in res externas repugnare nequit, cum non modo Deus T. O. M. extra se agat (per Princip. Theol. N.), sed etiam simpli-

simplicia elementaria agant in se inuicem (§. 29.). Neque quatenus est ens perceptuum seu percipiens actio haec menti repugnare potest, cum simplicia elementaria rerum externarum perceptione gaudeant (§. 31.); quibus tamen actio eiusmodi denegari nequit (§. 29.). Nil igitur supereft, quam eminens illa perfectio, qua mens humana a simplicibus percipientibus inferioribus discernitur, ac quae intelligendi ac volendi facultatem in mente poot, cui, si actio externa mentis non repugnat, influxus possiblitas extra dubium erit constituta. Est vero actio in res externas perfectio simpliciter simplex, cum in Deo T. O. M. locum habeat (§. 33.); adeoque non nisi limitationi ac imperfectioni repugnare potest (§. cit.): intellectui igitur et voluntati, quae nudae perceptioni accedunt, quibusque simul maior enti confertur perfectio repugnare nequit, cum, enti mere perceptuo ac imperfectiori actionem eiusmodi conuenire, iam supra sit euictum.

Quis

Quis ergo mentem in corpus agere posse dubitare poterit? Cum autem, simplicibus ex quibus corpus constat, actionem in alia simplicia tribuendam esse, supra sit demonstratum (§. 29.) ; mens vero, tanquam substantia simplex, in eadem agere possit (per demonstr.) : nulla erit ratio, cur simplicium corporis in mentem actionem quis iudicet impossibilem. Influxum adeoque physicum possibilem esse, constat.

Ex Lector Beneuole! quod primo loco nosse cupis, euictam Influxus Physici possibilitatem. Vel ipsa Harmonistarum principia veritati patrocinari debent, quam ipsimet impugnant tantopere. Negat quidem illustris Harmoniae Praestabilitae inuentor elementarium simplicium in se inuicem actionem, quam hic inter demonstrationis principia locum inuenisse animaduertis, sed, cum ex principiis ab eodem concessis eandem supra demonstrauerim: non dubito, quin iure ex eiusdem principiis me Influxus possibilitatem deduxisse salua veritate adfirmare possim. Vtus quidem sum quibusdam Theologiae N. principiis, quae omnibus forsan haud aequa erunt familiaria; pleraque tamen comprehendendi quodammodo poterunt, si aliis verbis exprimam. Considerent itaque velim B. Lectores, an satis sufficientem habeat Illustris LEIBNITIUS ratio-

rationem, menti facultatem agendi in corpus, prorsus  
 denegandi, cum simplicibus substantiis perceptione  
 quidem praeditis, multo tamen mente inferioribus  
 talis actio competit. Quis dubitat de eo, an extra se  
 agere posse perfectius sit, quam hac facultate esse de-  
 stitutum? Me quidem iudice, nemo. Qui adeoque  
 perfectius ens, mens nostra, adeo esset impotens  
 concipienda, ut eidem facultas agendi in res exter-  
 nas adimeretur, quae concedi debet corporum ele-  
 mentis? Clara haec sunt, ni fallor; quae vero in  
 paragrapho dicta sunt, maiorem intelligentibus lu-  
 cem praebebunt. Fortassis autem quis obiciet,  
 recentiores influxus aduersarios possibilitatem tan-  
 tum extrinsecam negare, concedere intrinsecam;  
 seu ideo tantum influxum Physicum pro impossibi-  
 li habere, quoniam eum sapientia diuina indignum  
 indicant, quippe, in quo Systemate mens motus  
 leges generales perturbare videatur. Utinam id  
 esset, haberem quod vellem. Intrinsecam enim  
 tantum Influxus possibilitatem ostendere volo, num  
 legibus naturae repugnet deinceps videbimus. Si  
 vero cui nimis nouum videatur a reali corporum  
 seu simplicium, ex quibus corpora constant, in se  
 inuicem actione possibilitatem influxus Physici me  
 colligere; is consideret velim, quae **L V D O V I C V S**  
 de la **F O R G E**, celebris Cartesianus, iam olim ob-  
 seruauit l. c. p. m. 120. vbi aequa difficile esse  
 ostendit, corporum in se inuicem actionem, quam  
 mentis influxum euincere vel comprehendere; id  
 quod post eum doctissimus **G O T T S C H E D I V S**,  
 non sine ratione Leibnitianis inculcat ingeniose, ut  
 solet, et eleganter; ac tum demum certius quid de  
 obom

mentis

mentis in corpus actione adferri posse, cum de communicationis modo, quae inter corpora intercedit, constiterit, l. c. p. 70. contendit. Sed sola possibilitas cum nondum sufficiat, ut quis influxui physico praebeat assensum, agedum probabilitatem illius etiam euincemus.

### §. XXXV.

*Probabilitas Systematis influxus euincitur.*

*Systema influxus physici est admodum probabile.* Probabile admodum est, in quo haud pauca veritatis requisita seu characteres animaduertimus (§. 578. Log. WOLFF.). Si autem influxus physici systema consideremus, varia veritatis in eodem detegimus requisita, quorum praecipua, cum cuncta enarrare nimis longum esset, hic sufficient. Initio quidem exactissime cunctis respondet commercii mentis ac corporis phaenomenis, adeo ut vel ipse Celeb. WOLFFIVS illud hoc quidem in passu tanquam omnium systematum normam constituat ac in omni systemate supponendum esse moneat, perceptiones rerum sensibilium in mente, motusque voluntarios in corpore eo oriri modo,

modo, ac si anima ac corpus in se mutuo influerent (§. 537. *Psych. Rational.*): adeoque primum veri systematis in influxu adest requisitum. Accedit, quod in hoc systemate nil inueniatur ac supponatur, quod sit impossibile; cum physici influxus possibilitas supra iam sit euicta (§. 34.): alterum habes veritatis requisitum. Nec minus vero sistema Influxus sapientiae diuinae ita conuenit, quam quod maxime. Euincitur enim in Theologia naturali: Deum T. O. M. summae ac infinitae suae sapientiae conformiter, viam eligere naturalem, breuissimam: i. e. si effectus aliquis plenus per vires rerum naturalium ac secundum ordinem semel ab eius summa sapientia stabilitum produci potest; miraculorum haud esse prodigum: nec ea, quae per pauca fieri naturaliter possunt, per plura seu longiori demum via absoluere. Si quis vero sistema influxus paulo curatius perpendat: non modo cuncta commercii phaenomena naturaliter et sine mira-

culo secundum illud explicari posse deprehendet; verum etiam viam omnium, quantum constat, breuissimam esse, qua commercium hoc actuari possit, competet; id quod ex collatione reliquorum systematum quorumcunque facile patet. Noua agnoscit B. L. nec sine pondere veritatis requisita; quin ergo Systema Influxus Physici admodum probabile sit, dubitari nequit.

Plura inueniet B. L. probabilitatis documenta, quae systema Influxus attento commendare poterunt, quam quae in Spho produxi in medium. Sed, cum vel ea, quae ipsem adduxi, satis ponderis ad probabilitatem influxus euincendam habere videantur: reliqua B. L. meditationi propriae relinquuntur. Nec minus proposita ea luce fulgere existimo, ut singula vltiori explicatione vix indigeant. Pauca adeoque sequentia de via naturaliter breuissima diuinae sapientiae maxime conuenienti adnotasse mihi sufficiet. Tritum est hoc argumentum frequenterque adhibetur, cum de euincenda hypotheseos cuiusdam probabilitate agitur. Solent eodem vti Mathematici prudentissimi in astronomia potissimum, cum systematis *Copernicani* probabilitatem euincere conantur. Erunt sane etiam inter eos, qui Harmoniam amplectuntur praestabilitam plerique, si non omnes, *Copernicanae* sententiæ addi-

sti:

qui dicant ipsi quaeso, cur *Copernicanum* Systema *Tychonico* ac *Ptolemaico* praeferant? Nonne ideo repudiant reliqua, quoniam tot epicycli ac epicyclorum epicycli et, nescio quae, anomaliae in iisdem, motus maxime intricatos reddunt; adeoque supremi Conditoris sapientia minime digna videntur: id quod sine dubio ALPHONSVS Castiliae Rex indicare voluit; dum Ptolemaico systemate, quod eius tempore florebat, probe perspecto, effato famoso, satis tamen erga Deum T. O. M. irreuerenti, si *Deus T. O. M. mundum producturus se in consilium aduocasset, meliori ordine cancta se dispositum fuisse*, ass'eruit. Paucis; potissima, cur sistema Copernicanum amplectantur Mathematici, ratio est, quoniam omnium est simplicissimum. Dubitas? audi LEIBNITIVM suo calculo argumentationem meam comprobantem: *Si quis, inquit, Astronomus rationem phaenomenorum reddere potest paucis suppositis, meritis nimirum motibus circularibus, eius certe hypothesis eius hypothesi praeferenda erit, quae multis motibus varie implexis ad explicantia phaenomena coelestia indiget.* conf. eiusd. Praef. ad NIZOLIVM de vera ratione philosophandi. Non parum conuincet B. Lectorem mira inter modum, quo Influxus, ac systematis Copernicani euincitur probabilitas, harmonia et analogia. Si vero de eo quis dubitet, num breuissima via sit sapienti maxime amplectenda: attendat, quaeso, in exemplo ad Geometrarum agendi rationem. Ineptus apud eosdem haberetur, qui aequationes quae ope circuli rectaeque lineae construi possunt, operose per intersectionem Hyperbolae et ellipseos (si etiam id

esset possibile): quae per parabolam et circulum, ope linearum altiorum ordinum seu Newtonianarum construere vellet. Num vero Creatorem sapientissimum per ambages agere existimes, vbi sunt compendia praesto, qui nunquam quidquam suscepit superfluum: cum ne Geometrae ita quidem agant. Est vero Physicus influxus via satis breuis. Nil hic adscititum, pauca sunt supposita; anima pollet vi agendi in corpus, corpus vicissim; nullum tamen phaenomenon, quod ex hisce explicari nequeat, cum omnia ita appareant, ac si M. et C. in se agant. Consentunt hic sensus cum ratione; exulant infinitae eiusmodi in mente ac artificiosissimae vixque cogitabiles sensationum, ac in corpore motuum voluntariorum a mechanismo dependentium ex antecedentibus euolitiones. Non tamen breuitatem viae solam vrgeo, sed viam naturaliter breuissimam. Satis haec; aliud enim hic adiiciamus theorema, quod dictis adfundet meliorem lucem.

### §. XXXVI.

*Systema Influxus s. Causarum efficientium reliquis omnibus praefat.*

*Systema Physici influxus reliquis systematis est praferendum ac licet de actualitate eius nondum constaret, si ullum aliud, amplectendum. Systema influxus Physici admodum est probabile, cum non modo possibile sit, sed et phaenomenis respondeat*

deat diuinisque attributis sapientissimi conditoris maxime conueniat (§. 35.). Systema autem Harmoniae praestabilitae quod attinet; eiusdem possilitas, vel ipso Cel. WOLFFIO fatente, nondum est euicta (§. 638. *Psych. Rational.*); quae per compendia fieri possunt, per ambages a Deo sapientissimo facta supponit, cum tot artificia ad hunc consensum, tum in corpore, tum mente, producendum sint necessaria, ut omnem superent captum (quemadmodum BAELIVS l.c. vel fatente Celeb. BULFFINGERO l.c. egregie euincit); quamuis influxus Physicus seu via breuior (§. 35.) sit possibilis (§. 34.); nec eodem admisso vlla datur ratio, cur mundus materialis fuerit a Deo T. O. M. productus, (§. 13. not.) vt reliqua prae-termittant ab aliis inculcata. Adeoque, cum hic requisita veritatis haud adsint, quae requiruntur, minus est probabile. Similiter Systema causarum occasionalium, cum non modo sapientiae diuinae repugnet, quippe quod continua eidem

in naturae regno adscribit miracula; verum etiam in Dei T. O. M. sanctitatem prorsus sit iniurium; denique modus sit phaenomena explicandi, philosopho maxime indignus, quippe sine necessitate in rerum naturalium inuestigatione Deum ex machina, poetarum more, arcessens; quemadmodum pluribus supra euictum, (§. 12. not.); parum esse probabile, nemo negare poterit. Cum autem certum sit, probabile ac magis probabile ei praferendum, quod non est, vel minus est probabile: Systema physici influxus systematibus causarum occasionalium ac Harmoniae praestabilitae erit anteferendum. Praeter haec tria autem enumerata systemata simplicia plura non sunt possibilia (§. 14): influxus ergo Physici sistema systemati cuiusque praferendum, ac si ullum aliud, amplectendum erit.

Plures potuissem rationes adducere, ob quas influxus physici sistema reliquis esset praferendum: si multitudine potius argumentorum, quam pondere niti, satius duxisset. Abstineo igitur ab argumenten-

gumentis, quibus consensum vulgi ac eruditorum  
in amplectendo hoc systemate; longam annorum,  
quibus huc usque floruit, ac praescriptionis quasi  
ius sibi acquisuit, seriem; maximorumque nomi-  
num, qui semper influxum propugnarunt, multitu-  
dinem, urgere ac inculcare ut plurimum solent in-  
fluxionistae: partim, ne quasi vix ad populum  
prouocare videar; partim, quoniam hae rationes  
retinendi potius, ubi floret floruitque, quam aliis an-  
teferendi, ubi alia obtinent systemata, causas sup-  
peditare videantur. De eo enim vix quisquam du-  
bitauerit, sine sufficienti ratione a recepta doctrina  
esse recedendum. Non tamen dubito, quin rite  
dicta perpendenti ac ad negotium attento plurima  
alia ac maioris ponderis probabilitatis documen-  
ta mentem sint subitura. In praefenti, ut dicta in-  
telligentur curatius, paucis dabo operam. In Har-  
monia praestabilita inter alia per ambages fieri, quae  
fieri possunt per compendium asserui. Prouocauit  
ad B A E L I V M, qui, quantae molis sit harmoniam  
stabilire praestabilitam, quotque in corpore machi-  
nis opus sit, dilucide ostendit, nec id quidem dif-  
fidente S. R. B V L F F I N G E R O l. c. passim. Cogita  
Iulium Caesarem, perpende praeeunte B A E L I O, vi-  
tae praecipua capita breuiter; quantae ac quot  
subtilissimae machinae requiruntur in eius corpore,  
quae efficerent, ut certo tempore verba faceret  
in senatu, instrueret ordines, signum pugnae daret,  
et sic porro, mente nil in corpus agente ex vi  
hypotheseos. Quae ambages, qui labyrinthi?  
cum per lineam rectam i. e. via breuissima actio-  
ne nimis alterius in alterum seu per influxum,

euncta peragi potuissent. Sane Deo T.O.M. huius systematis electionem tribuere idem esset, imo multo inconsideratus, ac si quis assereret; virum sapientissimum, architectum prudentissimum per artificiosissimas machinas hydraulicas, per varias rotas, rosaria, cochleas antliasque, verbo, mediante machina, MARLYENSI AC LONDINENSI celebratissimis machinis hydraulicis a Celeb. WEIDLERO nuper descriptis, longe maiori, magisque composita aquam ad communem vsum eleuandam curasse, quae simplici canali seu tubo, eadem copia, eadem celeritate, ad eandem altitudinem, ad eosdem vsus eleuari potuisset. Dignum id sapienti viro consilium nemo existimat; Qua igitur ratione aeternae sapientiae conueniens esse poterit, eiusmodi vti ambagibus, cum influxus physicus, recta quasi via, ad scopum ducat? Similiter Systemati causarum occasionalium inter alia miraculorum multitudo officit, quam maxime, ac illud omni probabilitate destitui manifestum est documentum. Demonstratur in Theologia Naturali Deum T.O.M. miraculorum in naturae regno minus esse prodigum, nec nisi ob rationes grauissimas mutationes ordini naturae contrarias producere, imo, si LEIBNITIO adsentimur, miracula patrare non nisi ob regni gratiae necessitudines. Concedunt ac urgent hoc principium Theologi etiam nostrates. Quodsi enim quaeras: Cur Deus hodie ad comprobandum doctrinam salutarem non similiter miraculis vtatur, quemadmodum, cum plantanda esset primum ecclesia; responsi loco nostrum principium obuerterent. Nec est, cur cum MALEBRANCHIO contendas,

tendas, in systemate adphantiae cuncta fieri naturaliter, cum Deo, licet immediate agente, tamen fiant secundum certum ordinem. Dudum enim euictum est, quicquid immediatae Dei actione in mundo peragitur esse miraculum, cum ex naturae viribus explicari nequeat; SPINOSAE etiam et LOCKII definitionem miraculi, quae MALLEBRANCHIO placet, dudum explosam esse, norunt erudit; quis enim prudentiorum omne insolitum phaenomenon, cuius causas ignoramus miraculum vocet? conf. Celeb. WOLFFII *Cosmolog.* §. 510. et 514. et *Psycholog. Rational.* §. 603. Paucis: quicquid dicant Cartesiani, de illorum Systemate idem iudicium ferendum, ac si quis, artificem quendam prudentissimum horologium aliquod ad artis suae peritiam demonstrandam construxisse, assere- ret, quod non interno elaterio rotarumque motu indicem statu tempore loco moueret, ac horam in- dicaret; sed quoquis momento ab artificis manu, si horam indicare deberet, esset dirigendum. Num id opus perfectum, num artificis sapientia dignum, alii iudicent. Pluribus possem alias etiam contra systema adphantiae in medium productas rationes vrgere, sed cum hodie pauci sint, qui illud amplectuntur, ac potissimum cum recentioribus ac Leibnitianis hic mihi sit negotium, haec sufficiant. In- telligunt, ni fallor, honoratissimi Lectores ex dictis, *Influxus Physici* systema adeo absurdum non esse, quemadmodum eius osores contendunt; cum possi- ble sit, ac probabile, reliquisque omnibus probabi- lius ac, si ullum denique aliud, a Philosopho veri- tatis amante amplectendum; Forstan illi etiam ipsi,

qui praeiudiciis contra influxum antea occupati fuerunt, iam demum, si modo id, quod veritati conuenientius est, opinionibus suis sententiisque semel receptis preferre, quemadmodum Philosophos decet, voluerint, influxum physicum aliis intueri oculis incipient. Praeparatis igitur hunc in modum animis, magis intento iam rigore, id quod in disquisitione nostra primarium est, *Influxum Physicum actualem esse ac reuera in commercio M. et C. obtinere ac independenter ab iis, quae de eius possibiliitate ac probabilitate demonstrauit, alia prorsus ratione euincam, quem in finem sequentia erunt praenotanda.*

### §. XXXVII.

*Animam existere in loco euincitur.*

*Anima seu mens humana est in loco, corporique suo inest vel adest; quamvis nullum impleat spatium. Quicquid enim existit, existit omnimode determinatum (§. 26.): mens igitur humana determinatum cum aliis rebus coexistendi modum habeat, necesse est. Habet itaque locum suum et est in loco, cum eandem finitam esse, nemo dubitet (§. 23.). Sed mens humana non refertur ad alia coexistentia seu nullam cum iis habet communionem, nisi mediante corpore, secundum cuius situm*

tum ac mutationem res sibi repraesentat  
externas ac non, nisi per corporis organa  
pro ratione situs, quem obtinet, vel reue-  
ra vel apparenter in easdem agit (§. 7.);  
modus adeoque coexistendi cum aliis re-  
bus coexistentibus, qui menti competit,  
seu locus eiusdem, per corporis locum  
determinatur. (§. 23.). Nulla igitur est  
ratio, cur mens in alio a corpore remoto  
loco esset concipienda. Corpori ergo  
suo inest vel adest (§. 10. ontol.). Quo-  
niam autem anima humana est ens sim-  
plex adeoque partibus caret (§. 18.): nul-  
lus rerum extra se inuicem simul existen-  
tium in mente ordo datur; spatium ergo  
implere nequit, quamvis sit in loco cor-  
porique suo insit vel adsit (§. 23.).

Mirabitur forsan L. B. quid sit, cur propositio-  
nes meridiana luce magis claras hic probandas fu-  
ceperim; Cum ex vulgato canone: *quicquid est,*  
*alicubi est;* *quicquid non est alicubi;* *id neque existit,*  
quo, rite limitato, nil est verius, cuncta corollarii  
instar deduci potuisse, sibi plerique persuadeant.  
Sunt sane, fateor, cuncta quae in Theoremate pro-  
posui, satis clara, adeo, vt nemo eadem sine absur-  
ditate quadam in dubium vocare possit. Ridicu-  
lum

lum sane foret, menti existenti, modum cum aliis coexistendi seu locum denegare, aut asserere, viui quidem hominis corpus Regiomonti v. g. versari, Lipsiae aut alibi: dum interea mens Romae forsitan in capitolio, vel apud Malabares, aut apud Selenitas vel in tertio coelo degeret. Aegri certe somnia tantum non omnes sibi narrari crederent, si quis, eiusmodi locorum diuersitate mentem a corpore in ipsa coniunctione seiunctam esse, serio vellet assere-re. Facile tamen a prudenti, credo, Lectore eius rei impetrabo veniam, quod, quaecunque demum sit theseos nostrae euidentia, eandem rationibus firmare fuerim annis; si modo perpendat, fuisse et esse etiamnum Philosophos, C A R T E S I I . in primis sectatores, qui mentem in loco esse negant; qui eam quoque ob causam, quod nullibi mentem existere asserant, ab H E N R I C O M O R O peculiari *Nul-libistarum* titulo sunt condecorati. Vix dici potest, quantis his sibilis, quanto cachinno eos excipiant, qui menti suum conuenire locum nobiscum asserunt atque defendunt. Nil, clamitant, menti cum loco est commercii; aequa absolum est, animam in loco sibi concipere, ac si quis eandem vlnis dimetiri vellet, aut cantharis et alia his similia, conf. de la F O R G E l. c. cap. XII, p. m. 86, et P E T R U M P O I R E T cogitat. rational. de Deo anima et malo. Lib. I. cap. V. p. m. 18. sequ. Sed ex demonstratis satis superque patescere potest, confundere bonos viros *τὸ* esse in loco ac spatio, ac *τὸ* implere spatium; nec non in loci idea non satis consentire nobiscum, quippe, qui per locum spatium aliquod in longum, latum atque profundum extensum intelligunt: ri-  
dent

dent ergo viri boni Sileni imaginem, quam ipsi met  
pinxerunt minio. Recentiores autem plerique in  
hoc dogmate mecum consentiunt, quamvis sint, qui  
sibimet ipsis hac in parte satis non constant. Certe,  
quod LEIBNITIUM attinet, eundem mentis in  
loco existentiam admittere, vel ex eiusdem ad CL.  
WAGNERVM epistola supra laudata satis elucet.  
En verba: *omnes substantiae creatae habent antiquitatem, per quam sit naturaliter, ut una sit extra alteram, adeoque penetratio excludatur.* Haec LEIB-  
NITIUS l. c. p. m. 201. Nec potest fane illis, qui  
monadum seu simplicium elementarium in corpore  
admittunt existentiam, vlla in dogmate difficultas  
obiici, quam vanam esse, ex ipsa mentis et reliquo-  
rum simplicium analogia colligere nequeant. Sed,  
si corpori mens inexsistit, in quanam, quaeris, tandem  
habitat corporis parte? Magis quidem curiosa,  
quam necessaria quaestio tua videtur, ne tamen te  
omnino sine responso dimittam, accipe sequentia:  
In Physicis ostenditur, neruos quoscunque *ex cerebro* originem ducere vel immediate, vel mediante  
spinae dorsi medulla; ibidem quoque pluribus  
euincitur, neruos sensuum esse instrumenta; nil ita-  
que probabilius, quam in cerebro mentis esse sedem,  
cum non solum primarii sensus in capite existant,  
sed et motus, sensuum organis fluidoque nertio seu  
neruis impressus, cuius qualitatem mens in percipiendo sequitur, ad cerebrum usque propagetur.  
In quanam vero cerebri parte mens sit collocata,  
difficilius determinari potest: ea quidem cerebri  
pars probabiliter mentis sedes erit, in qua nerui sen-  
sorii omnes concurrunt; sed, in quanam parte id  
fiat,

fiat, sub iudice lis est, quā decidere, in praesenti nostri non est instituti. En breuitē nostram de mentis sede sententiam! ne vero aliorum philosophorum ignores de mentis domicilio admodum diuersissimas opiniones; enarrabo earumdem praecipuas. Notum est, ARISTOTELEM, eumque sequutos SCHOLASTICOS mentem totam existere in toto corpore ac totam simul in qualibet parte, asseruisse; quam sententiam FORTVNIVS LICETVS peculiari libello de *animarum cum corporibus coextensione*, Patau. 1616. edito pluribus stabilire conatus est. CAMPANELLA, si FROMONDO fides adhibenda, animam ambulatoriam esse existimat, nulli corporis parti, nulli organo adfixam; sed de sensorio vno in alterum tantum vagabundam. Reliqui, qui certum menti in quadam corporis parte tribuunt locum, in diuersas abeunt sententias, quemadmodum ex sequenti patescet catalogo. EMPEDOCLES in sanguine; EPICVRVS in pectore; PARMENIDES, PHILOTIMVS et PROXAGORAS in toto corde; DIOGENES vero in arteriis cordis mentem latere existimarunt. Conf. PLVTARCHVS de *Placitis Philosophorum* l. 4. c. 5. Inter paulo Recentiores THEOPHRASTVS PARACELSVS eandem in infimum ventrem detrudit, HELMONTIVS vero animum circa orificium stomachi superius in eiusdem membranis haerere sibi persuaderet. Eorum autem, qui mentis sedem in capite constituunt, maior, vt videtur, est numerus; LACTANTIVS eandem quidem in summo capite constitutam esse, sed saepissime inde ad pectus commicare existimat, ac sententiae suae complices ci-

tat

rat PYTHAGORAE OS , de opificio Dei cap. 16.  
DEMOCRITVS et PLATO in toto capite; STRABO in ea capitinis parte, quae superciliis respondet;  
ERASISTATVS in membranis cerebrum inuoluentibus mentis sedem constituerunt. Plerique tam  
men recentiores, imo antiquorum nonnulli in certa  
cerebri parte mentem collocarunt. HEROPHILUS v. g. ex antiquioribus in ventriculis cerebri;  
e recentioribus CARTESIVS in glandula pineali;  
BERNARDVS CONNOR in corpore calloso,  
quam sententiam etiam adoptauit WILLISIVS,  
licet postea eidem miserit nuncium, mentem habi-  
tare statuunt. Sunt denique, qui in centro oua-  
li; alii, qui in cerebello eiusdem domicilium con-  
stituerunt. H abes spicilegium historiae diuerissi-  
marum , de mentis sede, opinionum ; supereffe  
alias non diffiteor, sed plures hic recensere, nimis  
longum foret , imo forsan Lectori B. taediosum.  
Ceterum notes velim, id me de enumeratis auto-  
ribus omnibus pro certo adfirmare non posse, quod  
forsitan de mentis sede locuti , de anima sensitiva  
potius (vt loquuntur) quam de rationali intelligendi non sint. In haec cuncta enim hic inquirere,  
non permittit instituti ratio. Confer tamen Celeb.  
HOLLMANNI de anima humana sibi ipsi ignota  
diff. I. p. 13. Excell. SCHACHERI diff. de consi-  
deratione animae rationalis medica p. 17. et IOH.  
HERM. ab ELSVICH differt. de recentioribus circa  
animam controversis p. 61.

## §. XXXVIII.

*Animam vna cum corpore moueri euincitur.*

*Anima seu mens humana vna cum corpore locum mutat seu mouetur, motu totali: nullus tamen in eadem motus intestinus est admittendus.* Corpus enim nostrum suum saepissime mutare locum , quemlibet quotidiana edocet experientia : quando- cunque enim nobis lubitum fuerit , ex uno loco transimus in alium ; ambula- mus ; currimus ; et sic porro : modo non impedit morbus , viresque defi- ciant. Sed mens suo semper adest cor- pori, ac ei semper , vbi corpus existit, loco inest vel adest (§. 37). Mutato igitur corporis loco, mentis etiam locus mutetur necesse est. Anima igitur hu- mana vna cum corpore mouetur (§. 24.). Cum autem mens sit substantia imma- terialis ac partibus carens (§. 18); situs partium in eadem mutari nequit: nul- lus igitur intestinus in mente motus da- tur , sed, si mouetur, non nisi motu totali moueri potest (§. 24).

Pere-

Peregrinum forsan quibusdam videbitur, menti motum adscribere, quem non nisi corpori competere plerique autumant. Sed hi sunt, qui aut cum **CARTESIANIS nullib[is]ticam** (fit venia verbo) amplectuntur sententiam, aut, quibus nil persuaderi poterit, nisi, quod suis adspexerunt oculis, quique ideo theorema nostrum reiiciunt, quoniam nunquam mentem quandam inuisibilem ēē loco mouentem confixerunt. Vtrum autem anima per se i. e. vi propria moueatur, an vero per accidens, seu eam solum ob rationem, quoniam a corpore ad eiusmodi motum determinatur (quae, ni fallor, **ARISTOTELIS** est sententia περὶ ψυχῆς Lib. I. cap. III.) hic nondum determino. Antiquiores certe philosophi motum menti, tantum abesse, ut repugnare existimauerint, ut potius vel suis de mente inseruerint descriptionibus, si modo motus vocabulum non in sensu metaphorico usurpent, id quod de quibusdam non sine ratione suspicamur. **P Y T H A G O R A S** enim animam dicit αριθμὸν ἑαυτον κινεῖντα, numerum se ipsum mouentem; **PLATO AC ACADEMICI** similibus subinde vñi sunt loquendi formulis, quemadmodum de **XENOCRATE** obseruat **PLUTARCHVS de platicis philosphorum lib. IV.** quippe, qui eidem animam αριθμὸν ἑαυτον νῷ ἑαυτες κινεμένον dictam esse, prohibet. Imo principium motus, qui in corporibus deprehenditur in mentibus ac animis plerique veterum quaesierunt: **ARISTOTELES** v.g. animam εὐτελεχειον esse, seu principium motus in corpore humano, diserte statuit. Quid de anima, rebus quamplurimis ab homine diuersis tributa, sen-

situia, vegetatiua, et sic porro dicam? intelligentias  
sane orbibus crystallinis non aliam ob rationem praef-  
posuerunt veteres; quam quod non, nisi a menti-  
bus seu animabus motus proficiisci posse crederent.  
Mirum autem, quantum mutata est opinionum sce-  
na: olim intelligentias, mentes, animas arcesser-  
bant, quaerebant, statuebant, imo orbibus adfige-  
bant, vbi non aderant, quo motus possent expli-  
cari: nunc si de explicatione motuum corporis cum  
mente harmonicorum agitur, mens ex suo orbe,  
intelligentia ex suo detruditur loco. Sic illi fin-  
gunt, quod non adest; hi, quod adest, fictum sup-  
ponunt. Alii nimis liberales, plura largiuntur, quam  
conuenit; hi nimis tenaces, pauciora tribuunt, imo  
demunt, quae iure meritoque debentur.

### §. XXXIX.

*Mentis actio in corpus, eiusdemque iterum  
in mentem stabilitur.*

*Mens humana in corpus suum agit ac  
corpus vicissim in mentem.* Ponamus nec  
mentem in corpus, nec corpus in men-  
tem agere. Cum anima vna cum cor-  
pore moueat (§. 38.), ratio existentiae  
huius motus detur necesse est (§. 70. *On-  
tol.*). Quae cum in corpore eiusdem  
simplicibus elementariis contineri ne-  
queat; alias enim corpus ageret in men-  
tem

tem (§. 21.), id quod est contra hypothesin: mens ipsa rationem motus sui, quando vna cum corpore locum mutat, in se continere debet. Mens igitur vi se ipsam mouendi est praedita (§. 24.): quae, cum vim res alias circumiectas mouendi iam inuoluat, et ab eadem separari nequeat (§. 28.), mentem vi res alias, quibus cingitur, i. e. corpus suum, cui inest (§. 37.), eiusque partes, mouendi pollere, satis perspicue monstrat. Cum autem posita vi, ponatur actio, nisi externum aliquod accedat impedimentum (§. 22.); eiusmodi vero impedimentum mentis conatui continuo contrarium hic cogitari nequeat: mentem in corpus nunquam actionem suam exferere, nemo, qui euicta percepit accuratius, afferere poterit; agit adeoque anima humana in corpus suum, ac cum illud ex simplicibus constet (§. 20.), in corporis elementa seu simplicia agit. Agunt vero simplicia, ex quibus constat, in alia simplicia sibimet contigua ac vi in eadem agendi gaudent (§. 29.), adeoque

que et menti, quae in eadem agit (per demonst.) resistunt ac in animam agunt; quin igitur corpus, tanquam horum simplicium aggregatum, in mentem agat, dubitari nequit. Falsum igitur est nec mentem in corpus nec corpus vicissim in mentem agere: adeoque euictum est, atque certum; quod mens seu anima humana in suum agat corpus, ac corpus vicissim in mentem. *Aliter.* Mens est impenetrabilis substantia s. habet antitypam quemadmodum omnes substantiae finitae (v.cit. Epist. Ill. LEIBNITII.) Est vero mens humana in loco cincta monadibus corporis (§.37.): ergo erit aliquid in mente, quod monades s. simplicia corporis, quae moueri supra euicimus e suo loco excludet, seu iisdem resistet. Est vero resistentia actio patientis in agens; ergo mens agit in simplicia corporis et haec in mentem i. e. datur actio mentem inter et corpus mutua. Q. e. d.

Nemini demonstrandi genus apogogicum, quo in spho praesenti usus sum offendiculo erit, qui ea,

ea, quae supra ad §. 29. pluribus obseruauit hic conferre ac probe perpendere non deditur. Mirum quidem videri posset, quod quamvis eiusmodi exempla raro occurrere soleant, in quibus exposito demonstrandae propositionis contrario ipsa propositio demonstranda rite colligitur: mihi tamen aliquoties in praesenti opella, haec demonstrandi ratio nec quaesita obtigerit. Non tamen curiose inquiram, num harmonia quadam inter argumentum ac argumentandi rationem id contigerit: sufficit, ea pollere hunc colligendi modum euidentia, quae ad certitudinem adaequatam vel votis concipi potest, licet de specialibus eiusmodi casibus in communibus Logicorum libellis altum sit silentium. Obseruandum tamen, quod, quoniam mihi cum philosophis recentioribus potissimum, qui Celeb. LEIBNITII ac WOLFFII amplectuntur principia, res est, breuior in demonstrando vel data opera fuerim; cum taediosum fuisse, Viris doctissimis ea pluries inculcare, quae eosdem concedere inter omnes constat: id quod varias ob rationes hic adnotasse consultum duxi. Fortassis autem speciale actionis, quam menti in corpus et vicissim tribui, modum ut exponam, a me L.B. postulabit; forsan eam ob rationem demonstracioni denegabit assensum, quoniam agendi rationem hic pluribus depictam non conspicit. Sed perpendat quaeso L. B., quam egregia haec futura esset ratiocinatio, si distincte explicaret mentem sequentem in modum: cuius rei modum non comprehendendo, illa, licet firmissime sit euicta, tamen erit reiicienda. Quot enormes quaeso exinde conclusio-

nes elicere vel ipse poterit, si voluerit; non iam dicam, mysteria S. contemnere; miracula reiicere; et sic porro; maneamus in rebus naturalibus: fluxus et refluxus maris nullus erit; magnes ferrum non attrahet; immo ob hominum ignorantiam, multa non escent, quae sunt; non fierent, quae fiunt. Quot in physicis phaenomenorum ignoramus rationes ac modos, quorum nouimus existentiam certissime? Sed, qui postulares, ut modum hunc imaginationi tuae sistam, quasi delineatum, cum ille potius intellectus sit obiectum, quam sensuum. Idem facis, ac si sonum videre, lumen et colores audire, odores gustare volueris. En quam absonta haec sint, tuis tamen postulatis gemina ac simillima.

### §. XL.

*Existentia s. actualitas influxus demonstratur et Systematis cuius veritas ostenditur.*

Datur influxus physicus mentis in corpus ac corporis in mentem; ac systema influxus physici vera est ac sufficiens commercium mentis ac corporis explicandi ratio. Cum enim mens in corpus ac corpus vicissim in mentem agat (§. 39.); actio vero corporis in mentem et mentis in corpus influxus physicus sit (§. 10.); dari influxum physicum mentis in corpus et vicissim certum est. Quoniam autem syste-

systema influxus physici est, quo commercium M. et C. explicatur per influxum physicum (§. 10.): euicta iam influxus physici veritate, quin hoc systema vera sit commercium M. et C. explicandi ratio dubitari nequit. Quod vero sit sufficiens, exinde colligi potest, quia cunctis respondet commercii huius phaenomenis, ac omnia ita apparent, ac si in se inuicem agerent. Id quod vel ipse magnus WOLFFIUS obseruauit, qui, licet veritatem Systematis Influxus vocet in dubium, sufficientiam tamen eo ipso concedit, cum (Psych. Rational. §. 537.) demonstrat, in omni systemate, (si nimur sufficiens esse debeat) supponendum, perceptiones rerum sensibilium et motus voluntarios incorpore eo oriri modo, ac si anima et corpus in se mutuo influerent. Quoniam adeoque in systemate influxus physici nil supponitur, nisi, quod aetu datur, et ex hoc supposito cuncta explicari possunt: Systema Influxus Physici vera est ac genuina nec non sufficiens Ment. et Corp.

Corp. commercium explicandi ratio  
(§. 8.).

Si quis esset, qui phaenomenorum, quae in commercio mentis et corporis nobis occurunt, ex influxu physico rationem reddi posse dubitaret; quamuis id admittrunt, ex quorum principiis hic potissimum concludo, philosophi recentiores; hunc vel alia ratione ex ipsis influxus et commercii notionibus conuincere possem. Cum enim in Systemate influxus physici corpus in mentem agere supponatur; corpus eiusque particulae ac simplicia dum in mentem agunt, causae efficientes sunt mutationum mentis a corpore dependentium (§. 881. ontol.); adeoque et ex corpore intelligi poterit, cur et hoc tempore et tales in mente mutationes fiant (§. cit.). Esse vero mutationes a corpore in mente productas, non nisi perceptiones, similiter demonstrari potest. Sunt enim perceptiones mutationes in simplici, ex quibus intelligi potest, quales sint res externae (§. 30); sed anima est ens simplex (§. 18); cumque corpus in mentem agere supponatur, mutationem quandam in eadem producit (§. 21.), adeoque mutationem in ente simplici. Cum autem ex omni effectu intelligi possit, qualis sit causa (§. 881. coll. §. 885. ontol.): ex mutationibus mentis intelligi poterit, quales in corpore sint mutationes, adeoque mutationes eiusmodi sunt representationes rerum externarum in simplici seu perceptiones. Similiter ostendi potest, quod mens in corpore motum producere possit. Cum enim in illud agat (per demonstr.): eidem mutationem inducit

inducit (§. 21.). Cum vero omnis mutatio, quae corpori induci potest, fiat per motum (§. 128. *Cosmol.*): motum producat necesse est; adeoque ex mentis actione, quam a voluntate pendentem supponimus, intelligi poterit, cur tales et hoc tempore in corpore oriantur motus. Generalem habes L. B. commercii mentis et corporis per influxum explicationem (§. 8. coll. §. 1.): specialissimam enim explicationem ac modi modum hic non postulabis, nec postulare, si sapis, potes: cum nec in systemate occasionalium causarum, neque harmoniae praestabilitae modi modus explicari possit accurate; id quod ipsimet doctrinam horum systematum promachi fatentur. Quis enim distincte potest explicare modum actionis diuinae in systemate adstantiae? Quis in harmonia praestabilita ostendere potest, qua ratione tam repente ex ideis obscuris vel non obseruabilibus oriatur clarissima sensatio et ordinata? Conf. BVLFFINGERVM *Dilucid. Philosoph.* qui in aliis mentis operationibus, de quibus nemo dubitat, v. g. phantasmatum formatione, modum specialem se ignorare ingenue fatetur.

### §. XLI.

*Influxus Physicus a conuicio termini*

*obortu*non ius* inanis vindicatur.*

*Influxus Physicus non est terminus inanis, neque qualitas occulta.* Physicus enim influxus mutua mentis in corpus ac corporis in mentem actione absoluitur (§.

32.). Cum igitur supra (§. 39.) euictum sit, mentem reuera in corpus agere ac vicissim corpus in mentem; de realitate notionis physici influxus, iam non est, cur quis dubitet. Eum vero demum terminum inanem dicimus, cui nulla respondeat notio, licet quaedam eidem respondere videatur (§. 38. Log.); Physicus ergo influxus terminus inanis non est. Similiter euincitur, physicum mentis in corpus ac vicissim influxum non esse qualitatem occultam. Qualitas enim occulta est, quae sufficiente destituitur ratione, cur subiecto insit, vel saltem inesse possit (§. 189. Cosmol.). Influxus vero physicus nec sufficiente possibilitatis (§. 34.); nec actualitatis ratione destituitur (§. 39): inter occultas ergo qualitates minime est referendus.

Aliter Celeb. wOLFFIO videtur, qui non modo in sua *philosophia rationali* physicum influxum terminorum inanum exemplis annumerat, sed et in *Psychologia Rationali* (§. 582. 583.), totus in eo est, vt eundem inter qualitates occultas referat ac sine mente sonum esse, euincat. Sed, cum Vir summus

summus partim virium ex vna substantia in alteram  
transfusionem ac idearum et motuum metamor-  
phosin ad influxum physicum requirat, quas tamen  
vix quisquam hodie influxionistarum est, qui de-  
fendit in eo sc. sensu, quo Celeb. wOLFFIUS eas-  
dem adhibet, quae adeoque omnibus influxus  
physici defensoribus non sunt imputandae (§.  
11.) ; partim, quia ipsemet fatetur, se ideo tan-  
tum physicum influxum pro termino inani habere,  
quoniam eo, quo scribebat, tempore, realitas eius-  
dem nondum erat euicta, id quod tamen in §. 39.  
praestiti: tanti Viri auctoritas nos nil morabitur.  
Neque influxum physicum ideo reiicient viri phi-  
losophi, quod eundem cum MORI principio hy-  
larchico, LINI funiculo attractuo, Glas et Bas-  
HELMONTII, Antipathia et Sympathia, odio et  
amore rerum animatarum naturali et huius fur-  
furis fragmentis aliis in eundem censem referat; dis-  
similia enim non probant, nec iisdem capiuntur,  
qui rebus ipsis perspiciendis sunt adsueti.

## §. XLII.

*Modum influxus specialissimum distincē ob rerum  
naturam a nobis non comprehendi posse  
euincitur.*

*Specialissimus physici influxus seu actio-  
nis, qua mens corpus suum ac corpus vicis-  
sim mentem adficit, modus ob ipsam rei na-  
turam*

*turam a nobis distin<sup>cte</sup> comprehendendi nequit.*  
Influxus enim physicus actione mentis,  
quae simplex est substantia, in simplicia  
seu elementa corporis et horum elemen-  
torum in mentem, absoluitur (§. 22.);  
adeoque actio simplicis substantiae in  
aliam substantiam simplicem hic tantum-  
modo consideranda venit. Sed omne  
simplex partibus caret (§. 18.), adeoque  
mutatio, quae eidem ab externo alio in-  
ducitur aliam demum post aliam partem  
pertransire ac successiue in eodem oriri  
nequit: ortu igitur instantaneo prodeat  
necessa est (§. 693. Ontol.). Cumque in  
eiusmodi ortu praeterita, praesens, futu-  
ra distingui nequeant a se inuicem (§.  
cit.); adeoque distingui nequeant, quae  
sibi mutuo succedunt seu, quorum vnum  
post alterum existit (§. 584. Ontol.): si  
vero rei distincta formari debet notio, in-  
esse eidem debeant, quae a se inuicem  
discernere possumus (§. 682. Log.): ort-  
us igitur huius mutationis, seu modus  
actionis specialissimus, per quem influxus  
peragi-

peragitur physicus, distincte a nobis comprehendendi nequit.

Nemo ergo influxus physici defensoribus molestus sit, ac specialissimam etiam modi, quo mutatio in mente a corpore et vicissim producitur explicacionem vterius postulet, cum rerum naturam eiusmodi explicacionem non permittere ex dictis satis superque constet. Neque tamen est, cur quis vel eam ob rationem physicum influxum suspectum habeat, quod eiusdem specialissimus modus distincte explicari nequeat: cum non modo in reliquis Systematibus plura etiam reperiantur, quae, vel fatentibus eorundem promachis, explicari nequeunt; sed etiam multarum rerum indoles non permittat, ut distincta comprehendantur notione, in quo casu, si de eorundem actualitate conuicti sunt philosophi, nil requirunt amplius. Conferat B. L. Magni WOLFFII demonstrationem de eo, quod ortus simplicis distincta notio formari nequeat (§. 595. *Ontol.*); mirificam dictis nostris lucem adfundere Celeberrimi Viri obseruata certissime comperiet. Applicari quoque ad nostrum institutum possunt Acutissimi Viri monita, quae inculcat in §. citati scholio: *Haec propositio probe notanda est, ne ortum simplicis* (in nostro casu ortum mutationis in simpli- ci a causa externa productum) *rationibus suo loco stabilitum quis reiiciat, propterea, quod distincte explicari nequeat.* Neque enim omnia ita comparata sunt, ut distincta notione comprehendendi possint. Atque ideo in disciplinis demonstrari debet, quae nam ea sint. Forsan vero erunt, qui ob instantaneum mutatio-

nis in mente ortum physicum influxum miraculis adnumerabunt, adeoque male hic in subsidium vocari censemunt. Sed hi perpendant velim, num philosophiae rationalis legibus respondeat consequentia: Miraculum oritur instantanea productione; in influxu physico tali ratione mens in corpus et vicissim agit; Ergo influxus est miraculum? Sed quid, inquires, si maiorem conuertas? nego conuersam esse vniuersalem; quicquid in instanti peragitur fit per miraculum. Si nil in instanti, num quidquam in tempore ad actum deduci poterit?

### §. XLIII.

*Mens humana in systemate influxus in sentienda non mere passiva.*

*Mens humana in systemate Physici influxus nec omni ex parte, nec speciatim in cogitando mere passiva est concipienda.* Cum enim in systemate influxus physici mens in corpus agat (§. 10.): omni ex parte mere passiva prorsus inuito systemate conciperetur. Quod vero nec in cogitando sit mere passiva, vi nostri systematis vel exinde patet, quod corpus quidem in mentem agat ac eandem certa ratione ita modificet, ut repraesentatio oriatur (§. 39.), et hoc quidem respectu aliquo modo

modo mens patitur (§. 714. Ontol.). Sed cum supra euictum sit (§. 1. not.) dari in mente respectu cogitationum varia a corpore immediate haud dependentia v. g. Conscientia sui ipsius, iudicium, ratiocinatio et sic porro: influxus physicus, qui tantum est modus commercium explicandi, nil in eiusdem phaenomenis mutat, sed eodem saluo actionibus mentis enumerata et quidem merito annumerari possunt. Mens ergo in cogitando vi systematis influxus Physici mere passiva non est concipienda.

Solent, qui Systema influxus per transennam tantum intuentur, his ac similibus ineptiis illud suspicunt incautis reddere. Sed falluntur et fallunt, qui systemati huic adscribunt, quod ex eodem necessario non fluit, nec nisi erronee eidem admisetur. Sed quoniam omni adhibita ope, sistema nostrum immortalitati mentis e diametro esse contrarium, euincere conantur, figmento eiusmodi sibi opus esse ducebant. Si enim mens omnino passiva concipienda immortalitatis fundamentum eo ipso, per physici influxus sistema omnino tolli, non sine ratione censem. Sed tantum abest, vt haec veritati consona sint, vt potius systemati nostro per calumniam praeter rei veritatem adsingantur. Si quis

quis vero forsan olim systematis nostri defensor talia propugnauerit, id non systematis, sed ineptorum hominum vitium est, qui eius naturam haud perspergerunt. Per experientiam enim, perque ea, quae supra enarrauimus commercii phaenomena, mentis in cogitando actiuitas extra dubitationis aleam est posita. Eleganter etiam argumentorum pro mentis in cogitando actiuitate summam carmine expressit poeta ille et philosophus elegantissimi ingenii

*BOETHIUS Consolat. Philos. Lib. V. p. m. 133.*

*Sed mens si propriis vigens*

*Nil motibus explicat,*

*Sed tantum patiens iacet*

*Notis subdita corporum,*

*Cassasque in speculi vicem*

*Rerum reddit imagines,*

*Vnde haec sic animis viget*

*Cernens omnia notio?*

*Quae vis singula prospicit,*

*Aut quae cognita diuidit?*

*Quae diuisa recolligit,*

*Alternumque legens iter*

*Nunc summis caput inserit,*

*Nunc desidit in infima,*

*Tum se se referens sibi,*

*Veris falsa redarguit?*

*Haec est efficiens magis*

*Longe causa potentior,*

*Quam quae materiae modo*

*Impressas patitur notas.*

Huc usque BOETHIUS, cuius tamen de modo commercii M. et C. sententiam omni ex parte meam

non

non facio. Haud dissimilia nostris apud P L O T I N V M lego, qui itidem ideas menti inferri negat, s. omnino a corpore originem ducere inficiatur. Ex aliis etiam rationibus, si opus fuisset, mentem mere passiuam non esse demonstrare potuisse; sed breuitatis studio haec in praesenti non tangam. Conferri interea potest doctissimus C A N T Z I V S de usu Philosophiae Leibnitiana in Theologia Cap. V. §. 14. qui nihil, quod in hac rerum vniuersitate existit, mere passiuum esse demonstrat.

### §. XLIV.

*Vera influxus s. specialior idea explicatur; qua effluxus et metamorphoses motuum et idearum excluduntur.*

Dum corpus in mentem agit vi systematis physici influxus, neque menti rerum externarum ideas infundit, neque vim repraesentatricem; sed modo vim mentis eiusdemque substantiam tali ratione modificat, ut repraesentatio in mente oriatur. Mens vero, dum in corpus agit, nullam eidem vim motricem infundit; sed eam tantum, quae corporis elementis inest, ita actione sua modificat ac dirigit, ut motus denum in corpore producatur. Ideae enim ac vis repraesentatrix vel accidentia sunt vel substantiae.

tiae. Si sunt accidentia: menti a corpore infundi ac locali quodam motu e corpore in mentem transfire nequeunt; accidentia enim e subiecto non migrant in subiectum (§. 791. Ontol.). Si vero substantias esse supponas: similiter eiusmodi transitus concedi nequit, cum mens sit substantia simplex (§. 18.), talis vero substantia alterius vel plurimarum aliarum substantiarum receptaculum esse nequeat. Ergo neque ideae, neque vis repraesentatrix e corpore in mentem transfundi possunt. Cum tamen per corporis actionem repraesentationes rerum externalium in mente prodeant (§. 40. not.): nil supereft, quam vt corpus, dum in mentem agit, vim eius ac substantiam ita modificet, vt repraesentationes rerum externalium in mente reuera prodeant seu excitentur. Simili ratione euinci potest, quod nulla vis motrix ex mente transeat in corpus: adeoque mentis actione eae tantummodo vires, quas eiusdem elementis inesse demonstrarunt recentiores (§.

196. Cosmol.), certa ratione modifcentur ac dirigantur, vt sic demum harum vi-  
rium determinatione determinatus in cor-  
pore motus producatur.

Habes hic B. Lector specialiorem quandam Physici influxus, quem defendo, modum; plura adeo-  
que, quam promisi. Meum enim esse existimau, re ipsa oculata eorum, quae supra obseruauit, reddere fidem: sc. fieri posse, vt quis physicum influxum defendat sine illa idearum ac motuum transfusione ac metamorphosi, quam tantopere impugnant recentiores. Maximi quoque momenti, nec exiguae est utilitatis nostra haec obseruatio, cum multum ad mentis naturam curatius perspi-  
ciendam conferre possit ac conferat, quemadmo-  
dum ex sequentibus patebit. Ne vero tibi nimis noua videatur physici influxus explicatio ac hac-  
tenus prorsus inaudita; nec defunt Viri eruditione et acumine conspicui, quorum sententiam a mea haud multum abludere euictum dare possum. Illu-  
stris v. g. KINGIVS eruditissimus praeful in egregio de *mali origine* libello subinde obseruatis meis gemina protulit; id quod vel Magni LEIB-  
NITII testimonium, cum ipse Celeb. Angli liber iam non sit ad manus, Lectori B. persuadere poter-  
it. Sic enim in annotationibus in KINGI librum iudicat Vir illu-  
stris: Ob zwar unser Auctor diesen physischen Einfluss der Obiectorum in uns mit dem gemeinen Hauffen zulässt, so merckt er doch sehr finnreich an, dass die Körper oder Obiecta der Sinnen uns weder die Ideen, noch weniger die thätige

*Krafft der Seelen geben, sondern blos und allein zu einer Entwickelung desjenigen dienen, was in uns ist.* Per omnia quidem Viro acutissimo non adsentior; sed quilibet facile perspicere poterit in quantum mihi cum eodem conueniat. Pertinent huc quodammodo, quae Celeb. w o L F F I V S *Psych. Rational.* §. 569. exhibet; tantum quod quaedam admisceat, quae huic systemati nequaquam tribuenda esse saepius iam demonstrauit.

### §. XLV.

*Duplex vis mentis ex uno fonte profuit.*

*Vis repraesentativa ac motrix in mente humana vel ex communi quodam fonte et principio seu vi quadam primitiva profluent, vel altera alterius est fundamentum. Me vero quidem iudice vis mouendi e vi repraesentandi facili negotio deriuari poterit.* Mens enim est substantia simplex (§. 18.) adeoque plures vna vires habere nequit (§. 57. *Psych. Rat.*). Vires ergo repraesentandi et mouendi vires prorsus et rea-liter a se inuicem distinctae esse nequeunt; sed aut e communi quodam fonte, vel altera ex altera deriuari debet. Quodsi vero curatius examinemus, quid horum veritati maxime sit conueniens; non impossibilis mihi videtur, vis motricis ex vi  
reprae-

repraesentatiua deritiatio. Quod enim ex vi repraesentatiua profluat conatus perceptionem etiam rerum externarum praeuisam ac sensationem producendi, iam demonstrauit Celeb. WOLFFIUS *Psychol. Rational.* (§. 497.). Sed sensationes in mente non prodeunt, nisi mutationes in corpore quaedam accidunt ac talis corporis situs adsit, qualis ad certam quandam sensationem requiritur (§. 484. et 485. *Psych. Rat.*) adeoque mens etiam talem corporis situm intendit, eundemque producere conatur, i. e. conatur in eodem motum producere, cuius nifus realitas iam supra est euicta (§. 39.) ubi mentem in corpus agere demonstrauit, id quod sine vi agendi omnino concipi nequit (§. 22.) ac vel eo ipso confirmatur, quod nifus hicce eiusque effectus se se exserat eo tempore, quando in mente appetitus adsunt aut volitiones (§. 1. not.). Vis ergo mouendi ex vi repraesentandi profuit.

Si cui displicerit vis motricis vocabulum, cum tamen eadem ex vi repraesentatiua deriuata fuerit;

facultatem locomotiuam dicat, per me licet; in verbis enim sumus faciles. Quod vero rem ipsam attinet: immensum quantum a mea sententia aberraret, qui theorema eum in modum interpretari vellet, ac si vel ipsam mentis cogitationem realiter non nisi motum subtilioris cuiusdam materiae seu particularum mentis exiguarum, vt somniant materialistae, constituam, quoniam facultatem locomotiuam hic ex vi repraesentativa deriuauit. Absit a me insuffissimus horum hominum error, qui nec in conceptu mentis mecum consentiunt, cuius simplicitatem ipsem supra toties totiesque sum profensus: Neque tamen est, cur quis vim repraesentativam ac facultatem locomotiuam adeo a se inuicem diuersas existimet, vt altera ab altera deriuari nequeat. Plura saepe vel vnico fonte profluent, vel a se inuicem deriuari debent, quae infinitis parafangis a se inuicem distare videntur. Iustitia Dei T.O.M. et misericordia ac amor adeo sibi inuicem aduersa esse attributa videntur, vt non solum eadem a diuersis dependere principiis nonnulli credant: sed vt alii etiam alteram horum scelesto ausu in dubium vocare non sint veriti. Sed tamen in Theologia naturali demonstratur, Iustitiam Dei ex amore profluere conf. CANTZIUS de Ciuitate Dei (p. 403). Intelligis ex exemplo, eorum, quae etiam sibi aduersari videntur, alterum ex altero esse deriuandum; ne igitur praecipites iudicium. Multum vero hic officit imaginaria motus notio, qua eius externum phaenomenon tantum apprehendimus, intrinsecam negligimus indolem. Demonstravi enim supra motum tantum aliquod mobili esse extrinsecum quatenus sc. est externa loci

et

et successiva mutatio (§. 25.): id vero, quod mobilis reale non est nisi conatus statum suum mutandi (§. 173. Cosmol.) Phaenomena a realitatibus sunt distinguenda; haec saepissime ab illis immensum quantum sunt diuersa. Cogites velim colorum phaenomena; in magno versaris errore, si in subiecto colorato idem concipis eodem modo, quo tibi rem repraesentas. Subtilissimi subtilissimarum lucis particularum variique motus sunt, num vero de motibus hisce cogitas, cum rubrum vides, flauum, aut coeruleum. Num ex sensuum representatione ac apparenti phaenomeno, dum viridem intueris colorem, ex particulis flavis coeruleisque commixtis eundem demum enasci intelligis? Quid exemplis in re manifesta opus est. Id etiam velim notes, dum vim seu si mavis facultatem locomotivam menti tribuo, me eam non omni prorsus ratione cum vi motrice, quae in corporibus deprehenditur, conuenientem existimare, sed potius aliis legibus esse subiectam, ut deinceps demonstrabo: vim repraesentatiuam etiam mihi quodammodo latius sumi, ac Recentiorum plerisque, facile attenus Lector colligere poterit. Ceterum hic obseruare iuuat, Docissimum GOTTSCHEDIVM, primam potius theorematis partem amplecti, ac vim motricem cum vi repraesentatiua ex communi quodam principio, conatu nimirum mutandi statum suum deriuare conf. Dissert. cit. p. 71.

### §. XLVI.

*Systematis Physici influxus s. causarum  
occasionalium utilitas.*

*Systema Influxus Physici sua gaudet in*

*Psychologia rationali vtilitate.* In Psychologia enim rationali reddenda est ratio eorum, quae per experientiam de anima innotuerunt (§. 1. *Psych Rat.*); omnia ergo, quae quidquam ad horum explicationem conferunt, suam in eadem vtilitatem habere, nemo dubitabit. Possunt vero cuncta commercii mentis et corporis phaenomena secundum Systema physici influxus ex aſſe explicari (§. 40.): Systema adeoque influxus physici in Psychologia rationali vtilitate non caret.

Nullum esse Systematis physici influxus in Psychologia rationali vſum, Celeb. wOLFFIVS contendit (*Psychol. Ration.* §. 584.) Sed, cum vir summus SCHOLASTICORVM tantum figmenta impugnet, quae neque ad verum physici influxus Systema pertinent (§. 11.), neque ipsimet probamus: argumenta ibidem prolata veritati theorematis nostri nil nocebunt. Satis mihi praesidiū est §. 40. notaque adiecta, vbi non solum, qua ratione motuum voluntariorum in corpore ab appetitibus mentis, cum quoad coexistentiam, vel potius immediatam successionem, tum quoad specificationem dependentia per physicum influxum explicari possit, dilucide ostendi; verum etiam representationum rerum externarum a certis corporis motibus dependentiae ex eorum Systemate exhibui

hibui rationem. Quodsi specialiorum commercii phaenomenorum, qualia v. g. §. 3. et 5. enarramus, desideret L.B. explicationem; sine vlla difficultate, quae horum omnium sit ratio, ex observationibus §. 3. et 5. adiectis quilibet attentus colligere poterit. Monui scilicet §. cit., cuncta commercii phaenomena specialia resoluenda in generalius, sc. in dependentiam mutationum mentis a communi sensorio seu ea cerebri parte, in qua fluidum nerueum certa ratione commotum mentem certo modo modificat, vt huius statum immediate sequatur; quodque commune sensorium, quatenus mentis imperio subiectum est, etiam illud primum mobile constituit, a cuius motibus reliqui in corpore motus dependent. Consulto tamen a specialiori hac tractatione abstinui, partim ne in nimiam molem dissertatio excresceret, quod, ne hac quidem tractatione omissa, omnino euitare potui; partim etiam ac maxime, quoniam haec specialiorum phaenomenorum ab aliis dependentia ac ex iisdem explicatio in omni systemate locum habeat. Ostendi quoque ulterius remotiue, in quo modus physici influxus non consistat, positue etiam, quamuis non specialissime, quod vis mentis tantummodo a corpore determinetur, vt in mente tali potius ratione oriantur representationes, quam alia; ac vis elementorum in corpore similiter per nisum mentis ita modificetur, vt motus intentus prodeat. Specialissime quidem, quo modo mens in corpus agat et vicissim, non determinauit; sed demonstravi quoque, quod determinari nequeat vel distincta notione comprehendendi. Quid ergo est, quod

in nostro systemate desiderari possit amplius? Quis est, qui per influxum nil de commercio M. et C. explicari posse afferere adhucdum poterit? Quis ergo eius in Psychologia vsum, qui dicta rite percepit, ulterius in dubium vocauerit? Iam non de eo dicam, quod ad mentis naturam penitus perspicienda Systematis nostri demonstratio haud parum conferat; sicco et id pede praeteream, quod Theologiae naturalis principiis exactius conueniat, nec omni in eadem vsu sit destitutum. Quid enim haec pluribus inculcare opus esset, cum sistema nostrum suo vsu haud destitutum esse, nemo possit in dubium vocare, qui et veritatum inter se nexum, et systematis nostri veritatem habet perspectam. Licet igitur systematis nostri ac eorum, quae in hac sectione demonstrauit, in enodandis difficillimis de mente quaestionibus summam utilitatem re ipsa ostendere possem; haec tamen lubens et in Lectorum et mei gratiam praetermittam. Sufficit in re maxima et inuolutissima, in qua etiam, cum multum actum erit, omnis tamen aetas, quod agit, inueniet, pro qualicunque cognitionis modulo aliquantum et veritatis detexisse et eidem adfuisse lucis. Vnicum tamen supereft, quod adhuc mihi agendum restat, id scil., ut pro viribus offendicula de via tollam, quae facile haud paucis, quo minus systematis nostri veritatem amplectantur, remoram iniicere possunt, ac ingeniosissimas summorum ac acumine praestantium virorum contra influxum objectiones, modeste expendam.

## S E C T I O I I I .

Q V A E

**CELEBERRIMORVM VIRO-**  
**RVM CONTRA SYSTEMA INFLVXVS**  
**PHYSICI OBICTIONES MODESTE**  
**E X P E N D I T .**

**§. XLVII.**

*Obiectionum s. argumentorum contra infl.  
 Systema diuisio.*

*A*d duas cominode reuocari possunt classes  
 potiora, quae hactenus ad Systema Physi-  
 ci influxus destruendum prolata fuerunt,  
 argumenta; quarum altera eas continet ob-  
 iectiones, quae a CARTESIANIS vel  
 vrgeri frequenter solent, vel possunt ad mini-  
 mum; altera vero LEIBNITIANO-  
 RV M tela complectitur. Cum enim  
 praeter Systema Physici influxus duo  
 praeterea alia similia sint systemata, Har-  
 moniae sc. praestabilitae ac causarum oc-  
 casionalium (§. 14.); non mirum, quod  
 ab utriusque defensoribus CARTESIA-  
 NIS

NIS nimirum ac LEIBNITIANIS Syste-  
ma Influxus variis impugnatum fuerit  
modis, quodque iidem acutissimorum  
praecipue telorum extiterint fabricatores,  
quibus influxus sistema et e regno philo-  
sophico exterminare, et penitus confice-  
re cogitarunt. Ut plurimum vero ex  
diuersis argumentantur principiis: hinc  
in diuersas quoque classes haud incon-  
grue eorum obiectiones dispescuntur.  
Argumenta vero vtrisque communia,  
quo minus eisdem tribuantur, qui eadem  
maxime excoluerunt vel emendarunt,  
quid vetat? Ero tamen breuior in refel-  
lendis Cartesianorum argumentis, iis  
praesertim quae iam Doctiss. GOTTS-  
CHED. l. c. pluribus refutauit; sunt  
enim leuia ac hodie negliguntur passim.  
Pluribus vero ac curatius Leibnitianorum  
expendi merentur ingeniosae et quae  
omni specie non carent contra influ-  
xum obiectiones, quarum vnicam  
tantum GOTTSCHEDIO V. C. sub ex-  
amen reuocare vacauit; ac circa quam  
ipsam

ipsam varia adhuc dum monenda re-  
stant.

Thetice de influxu egi physico sectione priori  
L. B. nolle me iam eristicam suscipere tractatio-  
nem existimes, in vulgari sc. sensu. A rixis enim  
et litigiis et ipse abhorreo et merito alieni esse de-  
bent viri sapientes. Non id mei est instituti, vt  
controversias non sine sale et aceto hactenus pertra-  
ctatas ac quodammodo consopitas similiter vel exci-  
tem, vel igni, qui iterum emicare incipit, oleum  
addam ac infundam; modeste tantum thesin im-  
pugnatam defendere, et pro ingenii modulo ad ob-  
iectiones respondere constitui. Id quod me qui-  
dem iudice philosophum haud dedecet, neque te-  
nacissimi sententiarum aduersarum defensores, qui  
receptas etiam hypotheses mordicitus tuentur, ni  
omnem rationem abnegauerint, multo minus vero  
viri modestiae non minus quam eruditionis laude  
conspicui, moleste vel indigne ferre possunt. Ve-  
ritatem enim indagare, inuentam ac impugnatam  
defendere, eorum omnium est officium, quibus ex in-  
stituto earundem cultura est demandata. Veritatem  
hanc quaerimus omnes, ac nemo solus possidet mor-  
talium. Vtinam coniunctis omnes viribus eidem  
promouendae studeremus, nec aliter controversiae  
inter eruditos agitarentur, nisi ea ratione, vt amo-  
rem veritatis vbique spirarent: vtinam et Lectores  
seposito semper auctoritatis praeiudicio de verita-  
tibus ex rationibus intrinsecis iudicarent. Illam  
legem mihi obseruandam proposui; hanc vero a  
B. Lectore aequitatem haud iniuria mihi expeto.

Age-

Agedum ergo proferamus quoddam ex Cartesiana pharetra telum, quamque acutum sit, videamus.

### §. XLVIII.

*Obiectio I. a defectu distinctae cognitionis de modo actionis mentis in corpus.*

Quicquid clare ac distincte concipere non possumus, id veritati consonum esse nequit: sed influxus Physicus clare et distincte concipi a nobis haud potest: est ergo Physicus influxus veritati minus consentaneus. Resp. Maiorem huius ratiocinii propositionem vniuersalem esse negamus. Multa sunt, quae ne clare quidem, multo minus distincte percipere possumus, quae tamen omnia eam ob rationem nemo prudens vocauerit in dubium: num eaedem sunt finiti intellectus nostri, ac amplissimi veritatum regni limites? num nostra demum clara vel distincta cognitio ipsarum veritatum fons est, aut origo? nonne veritates a nostro intellectu prorsus sunt independentes? Quis ferret ita ratiocinatem: modum quo magnes ferrum trahit; causam motuum planetariorum; rationem,

tionem, qua Deus et iam mundum conseruat, et produxit olim ex nihilo, clare ac distin<sup>c</sup>te concipere non possum: nullum ergo horum datur. O misellos physicos ac mathematicos, quorum dogmata quilibet stupidus tali ratione refutare posset, si ratiocinium Cartesianum rite sese haberet. Circa minorem moneo. Si de influxu physico in genere eandem intelligas: negare me, quod clare ac distin<sup>c</sup>te comprehendendi nequeat. Quis enim definitionem influxus physici supra exhibitam non intelligit? Si vero de influxu physico in sensu specialissimo ac eiusdem specialissimo modo sit intelligenda: concedo. Sed etiam tum ob maiorem negatam conclusio erit falsa.

Communiter Cartesianis adscribi solet hocce contra Physicum influxum argumentum, quippe qui a Magistro suo hunc Lydium acceperant lapidem: quicquid clare vel distin<sup>c</sup>te percipimus id demum verum esse. Conf. eiusd. *Princip. Philosoph.* P. I. §. 30. Quamuis autem facile credam, haud paucos e C A R T E S I I sectatoribus viros doctissimos argumenti imbecillitatem habuisse perspectam; subinde tamen animaduerti, alios quoque eruditorum argumentum

mentum istud confuse repraesentatum magni ponderis existimare, quod tamen, si attenderent paulo curatius, nullam vim habere experientur: in primis, si id etiam in mentem sibi reuocare non dignentur, quod modus influxus physici specialissimus per ipsam eius naturam distincta notione comprehendendi nequeat. **D**ochissimus GOTTSCHE DIVS inter alia **C****A****R****T****E****S****I****O** *naturae* *adgewartov* respondet ac cum et ipse menti directionem spirituum animalium tribuisse credatur, sequentem in modum, argumentum contra influxum propositum aduersus eundem retorquet: Quicquid clare percipere nequeo ac distincte id est fallum; sed directionem spirituum animalium per quandam mentis actionem similiter ut influxum clare et distincte non percipio; ergo et ista directio **C****A****R****T****E****S****I****O** erit figmentum l. c.

**S. 5.**

### §. XLIX.

**O**biection II. a defectu cognitionis s. conscientia actionum, quae tamen a mente proficiscuntur vi systematis influxus.

*Quarum actionum mens nostra cognitione non est imbuta seu quarum sibi non est conscientia, quales sint; easdem nec suscipere, nec suscipere velle potest.* Sed multarum actionum, quas mens suscipit ac suscipere vult in influxu physico, ipsamet nullam habet notitiam earundemque sibi conscientia non est,

est, v. g. quod moueat spiritus animales, quod dirigat eosdem ut in certos musculos influant, eosdemque breuiores reddant ac tendine mediante connexa membra corporis moueant. Adeoque multas actiones, quas mens suscipit et suscipere vult ex Systemate Physici influxus, nec suscipit nec vult suscipere: quod est contradictionem. Resp. Bimembris est maior propositio: priorem eiusdem partem ne mo concedet psychologiae solidioris principiis imbutus. Ibi enim demonstratur, mentem omnium suarum actionum sibi conscientiam non esse; sic v. g. etiam tum, cum profundo somno quasi sepulta iacet, nec somnia quidem in eadem contingunt, non otiosam sed semper actuosam esse, ob vim menti intrinsecam ibidem adstruitur; non iam de eo dicam, quod appetitus ac auersationes imperceptibiles subinde inueniantur, quarum sibi itidem conscientia non est. Posteriorem partem sc. quod non suscipere velle actionem quandam, cognitionem actualiem et non conscientium esse huius representationis inuoluat vel

supponat, concedo. Sed tum nego alterum membrum minoris propositionis sc., quod mens notitiam actionis eiusmodi nullam habeat, seu representationis actionis intentae sibi non sit conscientia. Proprie enim dum mens v. g. vult, ut brachium moueatur, cognoscit hanc actionem seu id quod immediate intendit: cum autem id sine certo conatu fieri nequeat, quem adhibendum esse tentando didicit; eundem adhibet ac simul spiritus nerueos mouet, dirigit et sic porro, licet proprie loquendo ac per se id non velit, non intendat, sed id, quod cum actione intenta connexum inscias peragat.

Proposuit dubium Celeb. MALEBRANCHE qui celebre inter Cartesianos nomen est consequens, eoque magis responsionem meretur, quo ingeniosius est ac quo frequentius etiam ex parte a recentioribus vrgeri solet. Conf. THVMMIGII Institut. Philos. P. I. p. 187. in primis, cum laudatus GOTTSCHEDIVS V. C. nullam eiusdem l. c. iniiciat mentionem. Eleganter MALEBRANCHIVS i. e. suo more *dans ses Méditations Chrétiennes* p. 88. argumentum suum, quod in forma proposui liberiori sermone enunciat sequentem in modum: *L'homme ne peut remuer le bras, que les esprits animaux*

animaux ne se repandent de certains muscles dans leurs antagonistes ; qu'ils ne les gonfient et ne les raccourcissent et ne tirent à eux les parties, qui sont attachées par les tendons : en un mot le bras ne peut se remuer, sans qu'il arrive quelque changement dans les parties, dont il est composé. Mais un pâisan ou un joueur de gobelets, qui ne scait point, s'il a des muscles, des esprits animaux, ni ce qu'il faut faire pour remuer le bras, ne laisse pas de le remuer aussi savamment, que le plus habile anatomiste. Peut-on faire, peut-on même vouloir, ce qu'on ne scait point faire ? peut-on vouloir, que les esprits animaux se repandent dans certains muscles, sans scavoir, si on a des esprits et de muscles. On peut vouloir remuer les doits, parce qu'on voit et qu'on scait qu'on en a ; mais peut-on vouloir pousser des esprits, qu'on ne voit point et qu'on ne connoit point. Peut-on le transporter dans des muscles également inconnus par les tuyaux des nerfs également invisibles et choisir prouvement et immancablement celui, qui répond au doigt, qu'on veut remuer. Locum exhibui integrum, cum et elegans sit et libellus non in cuiuslibet sit manu. Ad illustrandam tamen responcionem meam simile tantum aliquid proferam in medium, quod aliquam dicitis adfundet lucem. Concipe tibi ab ingenioso quodam artifice fontem quandam ad artis mechanicae et hydraulicae amissim ita constructum esse, ut, quamprimum asserculi, per quos aditus deum ad fontem datur incedentium gressu deprimitur, occulto mechanismo variarum rotarum funiumque ope sub asseribus absconditarum aliae at-

que aliae mirificae rerum species e fonte confessim  
profiliant, quales v. g. fontes KIRCHERVS,  
SCHOTTVS aliique describunt. Concipe iam tibi  
puerulo ad hocce spectaculum admisso dum hac  
adcurrat, Neptunum cum tridente minaci obuiam  
fieri, dum illac Nereides, ex alia parte Glau-  
cum marinum, alibi vero Delphinos et sic por-  
ro. Puer iste mechanismi absconditi ignarus,  
nec ad omnia praesentia attentus non obserua-  
bit, se reuera actione sua producere hosce effe-  
ctus; obseruabit tamen, si versus eam processerit  
partem, semper sibi hoc potius, quam aliud ob-  
uiam fieri obiectum: poterit igitur iam pro lubitu  
haec phaenomena moderari ac si v. g. Neptuni ac  
sceptri eiusdem tricipitis contemplatione delecte-  
tur efficere, vt prodeat, si sc. versus certam pla-  
gam adcurrat. Nemo dubitauerit puerum horum  
motuum causam esse ac actione sua phaenomena  
producere: posset ne vero ex Malebranchino argu-  
mento similiter demonstrari, Puerum motus hosce  
producere non posse. Qui enim (cum Malebran-  
chino argumentabimus) rotas moueret, quas adesse  
ne quidem per somnum cogitat, ac quarum omni-  
no est ignarus, qui funes attraheret, tenderet et  
caet., quos dari penitus ignorat. Quicquid hic  
respondere possunt Malebranchiani, id sibi responsi  
loco habeant. Ceterum notandum est, vix esse,  
cur dubitemus, quod mens tentando quasi varios  
que conatus producendo et adhibendo tandem forte  
quandam actionem motumque in corpore in-  
tentum producat, praesertim cum id de infantib-  
us, dum fari incipiunt, quilibet attentus facile  
perspi-

perspicere queat. Deinde vero agnito, quem conatum adhibere debeat ad effectum quendam producendum, repetitis viciis eandem suscipere actionem siveque facilitatem ac habitum agendi sibi conciliare, ut opus non sit, semper quamlibet actionem distincte discernere, seu sibi conscient esse, quali conatu hoc in passu opus sit. Videmus enim, qui fidibus canere sciunt, dum cerrum aliquod pensum tenent memoriter, vel aliud agentes, nec ad digitorum singulos motus attentos maxima agilitate conuenientes sine ullo errore chordas pulsare posse; et similia etiam apud alios actionibus quibusdam adsuetos obseruamus.

## §. L.

## Obiectio III.

Quascunque res sine aliis distincte concipere possumus, eae etiam sine aliis existere possunt. Sed mentem sine facultate motrice distincte concipere possumus. Ergo mens sine facultate motrice existere potest. Sed, quis maiorem huius argumenti propositionem vniuersalem esse concedet? Quot enim exemplis quotidie fere conuincimur, fieri posse, ut distinctos etiam earum rerum conceptus nobis formemus, quarum singula attributa tamen haud perspicimus. Geometriae vulgaris tyro, quid

sit triangulum ac qua ratione a reliquis diuersum sit figuris, distin<sup>t</sup>e comprehen-  
dere potest, licet etiam nesciat, omnes re-  
Etilinei trianguli angulos duobus rectis  
esse aequales. Similiter, qui prima sub-  
limioris Geometriae elementa discunt,  
qualis linea parabola vocetur, intelligunt;  
quod in eadem sit  $ax = y^2$ , perspectum  
habent; imo etiam eandem describere  
possunt, antequam de Archimedeo illo  
inuento: spatium parabolicum esse ad re-  
Etangulum, cui est inscriptum, in ratione  
subsesquialtera, vel fando quicquam audi-  
uerunt. Quis vero exinde colligeret,  
dari vel aliquod triangulum reEtilineum,  
cuius anguli aliam, quam aequalitatis ra-  
tionem ad duos rectos, vel parabolicum  
spatium, quod aliam quam subsesquialte-  
ram ad reEtangulum circumscrip<sup>t</sup>um seu  
eiusdem baseos et altitudinis, rationem ha-  
beret, vel dari ad minimum posse. Non  
enim nostra de rebus cognitio adeo ex  
omni parte est adaequata, ut omnia ac sin-  
gula, quae rebus quibuscumque insunt,

nec

nec non omnes possibles rerum inter se relationes perspiciamus. Soli Deo T. O. M., qui perfectissimo ac omnem captum nostrum superante intellectu gaudet, eminens hic competit cognitionis gradus; noster vero arctissimis circumscriptus cancellis pauca tantum et haec quidem alia demum post alia cognoscit et perspicit.

Exigui quidem momenti est dubium, quoniam tamen verendum erat, ne quis ex illis, qui C A R T E S I I castra sequuntur, ex magistri sui principiis (conf. *Princip. Philos. P.I. §. 61.*) ansam arriperet ac simili quodam telo nostrum peteret Systema, haud abs re fuit Lectorem contra praeuisa tela munire; tala enim praeuisa minus nocent.

### §. L.I.

*Obiectio IV, inde petita, quia ex sola cogitatione motrix facultas non sequitur.*

*Si facultas corpus mouendi ex cogitatione tanquam mentis essentia deriuari atque deduci nequit, nullum in mente nostra locum inuenire potest; Sed nemo unquam ex sola cogitatione motricem mentis facultatem deducere poterit; ergo nec talis facultas eidem*

*competit.* Multa sunt, quae in maiore iure desidero, ac quae eandem merito reddunt suspectam. *Essentia mentis* me iudice minus recte in cogitatione consistere adseritur, cum, quoniam cogitatio actio est mentis; tum, quoniam mens quandoque omnimode non cogitat, si sc. per cogitationem perceptionem cum apperceptione seu conscientia eiusdem coniunctam intelligas: *Hoc vero supposito,* cur negari nequeat, non video. Si vero vim vniuersi repraesentatiuam cum recentioribus cogitationis loco substituas ac pro primo ac essentiali mentis conceptu habeas; nego minorem. Qua enim ratione ex vi repraesentatiua vniuersi deduci possit motrix mentis facultas supra ad §. 45. ostendi.

Notissimi sunt Celeb. des CARTES in determinanda mentis et corporis essentia errores. Dererunt iidem memorato contra physicum influxum argumento occasionem; adeoque non est, cur in eodem pluribus refellendo tempus teram. Quaeunque vero in hoc argumento emendari potuerunt, ut Systema Influxus eo fortius ferire videantur, ea in acutissimis acutissimi BVLFFINGERI argu-

argumentis deprehendet L. B., quae infra modeste ac curatius examinabimus. Supereffet quidem ex amini nostro argumentum Cartesianorum primarium ab illa motus lege depromptum, qua eandem semper in vniuerso motus quantitatem conseruari existimat. **CARTESIVS**; cui vero Physicum mentis in corpus influxum contrarium esse credunt. Sed quoniam non solum Excell. **GOTTSCHEDIVS** diss. cit. p. 39. sequ. pluribus ad illud respondit; verum etiam illustris **LEIBNITIVS** eiusdem naeuos detexit, idemque emendauit, ac Leibnitianum argumentum infra exactius sum refutaturus; non est, cur **CARTESIVS** vterius nobis remoram iniciat. Agedum perpendamus potius, quibus armis recentius Systema Physici influxus impugnatum fuerit, quidue illustribus ac doctissimis Harmoniae Praefabilitae defensoribus in nostro Systemate displicuerit.

### §. LII.

*Obiectio V. a defectu mutationis intrinsecae  
in Monade.*

*Si nulla mediante motu interno in monade deriuatiua fieri potest mutatio, nulla monas deriuatiua in alterius monadis interius influere potest; adeoque neque monadum corporis in mentem influxus datur et vicissim. Sed quod nulla mutatio intestino motu mediante in monade deriuatiua, adeoque et mente excitari possit, dubitari nequit, cum mon-*

des, inter quas mens etiam referenda, partibus careant. *Physicus ergo mentis in corpus et vicissim influxus nullus datur.* Facile ex maiori propositione colligi potest, qualis in argumento *Physicus influxus impugnetur*; sc. talis, quem nec ego, nec quisquam fere mentis compos defendit hodie; imo an *vnquam defenderit*, nisi materialista, valde dubito. Si enim influxum physicum in nostro sensu in argumento oppugnes, maiorem nequaquam concedo. *Quis enim omnem mentis mutationem non nisi per motum intestinum fieri posse adserat, aut ens simplex nec alia ratione modificari posse extrinsece demonstrauit?* Nulla re alia opus est, quam ut altera monadis vis vim alterius modificet et vires v. g. monadum corporis dirigant vim mentis, ut has potius, quam alias sibi rerum formet imagines. *Quid vero?* etiamsi modum nesciam, quo talis actio peragitur; sufficit argumento, si negem, physicum influxum non nisi per motum in mente intestinum continere

gere posse. Nonne vel ipsae perceptio-  
nes aliaeque mentis operationes mutatio-  
nibus mentis sunt annumerandae? quis  
vero Harmonistarum easdem per in-  
testinum motum explicandas esse, con-  
cedet?

Suppeditauit mihi hoc contra Physicum influ-  
xum argumentum Celeb. HANSCHIVS in *Princi-  
piis Philosoph. Leibnitiana more geometrico demon-  
stratis Theor. XV. p. 76.* sequutus LEIBNITIVM  
praeeunte, qui in *Actis Erudit. Lips. Tom. VII.  
supplement. Sect. XI. p. 500.* ita loquitur: *Nullo modo explicari potest, quo modo monas alterari aut in  
suo interiori mutari queat, per creaturam quandam  
aliam; quoniam in ea nihil transponere, neque ullum  
motum internum concipere licet, qui excitari, dirigi,  
augmentari, aut diminui possit, quemadmodum in  
compositis contingit, ubi mutatio inter partes locum  
habet.* Quodsi vero Celeb. HANSCHII demon-  
strationem euoluas, quam loco citato protulit, vel  
ex ipsa citatione paragraphorum, id quod in re-  
sponsione obseruaui, elucescat: scilicet, Virum do-  
ctissimum prorsus aliud, quam defendimus, impug-  
nare influxum. Prouocat enim ad definitionem  
196, quae, quid per influxum corporis in corpus  
intelligat, exhibet; talem vero, vtpote qui motum  
intestinum requirit, in monadibus locum non ha-  
bere ostendit. Vtrum vero legitima exinde con-  
sequentia sequatur, nullum dari monadis in mo-  
nadem influxum, actionem nullam, Benevolus

Lector

Lector ipse iudicet. LEIBNITII tamen mentem, ni fallor, egregie explicat Vir doctissimus, licet id pro certo adserere nequeam, an ipse eiusmodi argumentandi rationem probet, praesertim cum ipsem in tractatus citati praefatione de veritate vel usu eorum, quae ex mente LEIBNITII ibidem proponit, se nihil determinare, asserat.

### §. LIII.

*Obiectio VI. inde hausta, quod naturae ordinem turbet influxus.*

Quocunque *systema ordinem naturae turbat*, illud est reiiciendum; Sed *influxus Physicus mentis in corpus et corporis in mentem*, nec non *systema ab eodem cognominatum turbat ordinem naturae*; *Systema ergo physici influxus erit reiiciendum*. Minor propositio ita probatur: *Quicquid eandem in mundo virium viuarum motricium quantitatem non conseruari supponit, illud turbat ordinem naturae*; utpote quod nouiter inuentae motus legi est contrarium. *Influxu vero Physico mentis in corpus et corporis in mentem supposito, eadem virium quantitas in mundo haud conseruatur*: *Influxus ergo physicus turbat ordinem naturae.*

rae. Quod MAIOREM argumenti primarii attinet, pro diuerso vocabulorum sensu vel concedi potest, vel negari debet. Quo igitur Logomachias euitemus, euoluenda erit singulorum verborum potestas. *Natura* non est nisi principium mutationum in mundo, eidem intrinsecum, seu complexus omnium earum virium, quae finitis, quotquot in mundo inueniuntur substantiis, insunt, (conf. Celeb. WOLFFII *Cosmol.* §. 503. et 507). *Ordo* igitur *naturae* erit ille, quem memoratae vires, dum agunt, in actionibus suis obseruant; adeoque per complexum earum regularum constituitur, secundum quas vires, quae in mundo sunt, in agendo limitantur. Regulae hae pro virium, quibus praescriptae sunt, varietate variisque generibus, sunt diuersae ac plurimas sub certis tantum conditionibus locum habent, adeoque neque omnes regulae omnium virium, nec sub quibuslibet circumstantiis, actiones limitant ac moderantur. Id igitur demum *ordinem naturae*

rae turbaret, quo posito sequeretur: vim certi generis, quae sub his circumstantiis, in hac cum aliis relatione, et sub hac determinata conditione hanc potius legem, quam aliam in agendo obseruare deberet, eandem non obseruare, v. g. illa hypothesis turbaret ordinem naturae, si quis monadibus elementaribus voluntatem liberam tribueret, adeo ut pro libitu directionem suam ac celeritatem mutare possent. Exinde enim sequeretur, corpus vnumquodque non perseverare in statu suo quiescendi vel mouendi vuniformiter in directum, nisi a causa externa statum mutare cogatur; cuius tamen contrarium primaria motus lex de corpore naturali quocunque adserit ac absolute enunciat. Si igitur in eo sensu, quem explicavi, maior propositio accipiatur, ambabus manibus largior: quicquid ordinem naturae turbat, illud a philosopho admittendum non esse, si quando rerum naturalium causas inuestigat, ac de systematis certis eligendis est sollicitus. Sed tum nego

MINOREM. Agedum ergo considere-  
mus prosyllogismum, qui minoris propo-  
sitionis probationem continet. *Maiorem*  
huius argumenti iterum sine limitatione  
concedere haud possūm. Illa enim no-  
uiter inuenta motūs lex, quae virium vi-  
uarum eandem semper in mundo quanti-  
tatem conseruari docet de corporum in-  
ter se conflictu est intelligenda, id quod  
ex eiusdem demonstratione satis super-  
que patet. Conf. Celeb. WOLFFII *Ele-  
menta Mechanices Lat.* §. 593. 594. edit. II-  
dae nec non *Cosmolog.* §. 486. Adeoque  
non nisi conditionaliter sequentem in mo-  
dum esset enuncianda: Post corporum  
*inter se* conflictum eandem semper virium  
viuarum quantitatem, quae ante confli-  
ctum aderat, sartam tectam manere, ne-  
que eandem hac corporum in se inuicem  
actione extingui. Hoc posito, nequa-  
quam is huic motus legi contrarium quid  
ac eidem repugnans afferere existimandus  
erit, qui posita alia hypothesi ac ante-  
cedente id est *actione mentis in corpus*, aliam

thesin

thesin ac consequens consequi sc., eandem virium quantitatem haud conseruari, contendit. Hinc ideo eiusmodi actio mentis in corpus naturae ordinem perturbare falso crederetur. (per definit.). Dubitas? ponamus igitur casum similem, in quo nemo prudentiorum huc usque ordinis naturae perturbationem perspectivit, vel suspicari saltem poterit. Notum est ex mechanicis post conflictum corporum elasticorum *eandem semper conseruari celeritatem respectuam* hancque legem motus regulis accenseri solere conf. *Elementa Mechanica* §. 590. Quis vero unquam Mathematicorum conflictum corporis elastici ac non elastici eam ob rationem naturae ordinem perturbare afferet, quoniam eodem posito post conflictum celeritatem respectuam haud conseruari inter omnes notum est. Ridiculum enim effet, ideo quia corpora elastica post conflictum eadem celeritate a se inuicem recedunt, qua ante eundem ad se inuicem accedebant, statim inferre, similia in conflictu

flicitu corporis elastici et non elastici contingere debere; ac, si non contingent, eorum in se inuicem actionem naturae ordinem perturbare eidemque repugnare. Intelligis iam, ni fallor, ex dictis, qua ratione maior prosyllogismi sit limitanda, quo eidem sua constet veritas, sequenti scilicet : *Ex quocunque Systemate eandem virium viuarum quantitatem in conflictu corporum INTER SE haud conseruari, per legitimam consequentiam deduci potest, illud perturbat ordinem naturae.* Sed maiore sic limitata, nego minorem, sc. quod ex Physico Influxu sequatur, in conflictu corporum *inter se* eandem virium quantitatem haud conseruari. Quodsi enim concedamus in actione mentis in corpus eandem virium viuarum, quarum mensura est  $c^2m$ , quantitatem non conseruari; id quod pluribus euincere contendunt, qui hodie influxum impugnant viri doctissimi; haec tamen virium viuarum mutatio, non in conflictu corporum *inter se*, sed in actione

ne mentis in corpus tantum consequi concederetur. Adeoque quamdiu nondum euictum est ac euinci potest, istam motus legem de conseruanda eadem virium viuarum quantitate non modo corporibus in se inuicem agentibus, sed et menti in corpus agenti et vicissim praescriptam esse; prorsus nil praesens obiectio Influ-xui physico nocebit, licet omni specie non sit destituta.

Certae motus legi , adeoque et ordini naturae Systema Physici influxus aduersari, primus omnium **CARTESIVS** existimauit, quippe qui eandem semper in vniuerso motus quantitatem , cuius mensuram **cm.** seu factum ex celeritate in massam constituebat , conseruari statuit conf. *Princip. Philos. P. II. §. 36.* Quoniam vero per Physicum influxum nouos in corpore , qui antea haud aderant, motus produci perspiciebat ; eundem suaee motus legi contrarium , adeoque reiiciendum contendebat. Ostendit vero Celeb. **LEIBNITIVS** falli in eo **CARTESIVM**, dum existimat , eandem in mundo motus quantitatem conseruari ; suaque contra Cartesianos argumenta exposuit in *Actis erudit. a. 1686. p. 161.* dans *Nouvelles de la republique des lettres a. 1689. p. 996.* et in pluribus aliis locis; postmodum etiam eadem defendit contra Cartesianos, qui hanc legem tuebantur , inprimis contra

CATELANVM abbatem et DIONYSIVM PAPINVM, Professorem Mathefeos Marpurgensem. Post LEIBNITIVM Celeb. quoque WOLFFIUS Mechanic. Lat. §. 585. sequ. demonstrauit in confli-  
ctu corporum elasticorum in hoc solo casu eandem conseruari motus quantitatem, quando corpora ante et post conflictum versus eandem plagam mouentur; in aliis vero idem non fieri. Sed non erat, cur destructo Cartesianorum argumento laetarentur Influxionistae; aliam enim motus legem detexit Celeb. LEIBNITIVS, quam ita enunciat: *eadem semper in mundo conseruatur virium viuarum quantitas.* Proposuerat nimirum HUGENIVS iam anno 1669. in *Diario Eruditorum (Journal de Scavans)* d. 18. Martii inter alias motus regulas a se inuentas et sequentem n. 6: *Summa productorum a magnitudine (massa) corporis duri cuiuscunque factorum, multiplicata per quadratum celeritatis suae eadem semper est ante et post conflictum.* Postquam vero Celeb. LEIBNITIVS virium viuarum mensuram per quadrata celeritatum in massam ducta seu per  $c^2m$  aestimandam esse, ni fallor, occasione ipsius huius inuenti Hugeniani, detexerat eandemque publice in *Act. Erud.* a. 1686. p. 161. sequ. proposuerat, facili consequentia ex inuento Hugeniano eandem conseruari in mundo virium viuarum post conflictum corporum elasticorum quantitatem deducere poterat, quam tamen legem uniuersaliter enunciabat, licet de corporibus non elasticis eandem valere nullibi demonstrasset. Hoc suum inuentum publici iuris fecit dans le *Journal de Scavans* de a. 1699. Haud tamen eadem erat,

ac est omnium Mathematicorum de hac motus lege sententia. Virium mensura potissimum haud paucis displicebat: sic Viri Celeberr. MACLORI-  
NVS in primis et CROVSAZ eandem nec ho-  
die admittunt, aliique, qui et hodie pro CAR-  
TESIO militant, virium mensuram simplici facto  
ex massa in celeritatem aestimandam volunt. Sed  
posuerunt rem extra dubitationis aleam Viri Ma-  
thematica rerum cognitione instructissimi, *Petropo-  
litanae Academiae* olim ornamenta, Celeb. IAC.  
HERMANNVS et BULFFINGERVS in *Commen-  
tariis Academiae* illius p. I. 45. sequ.; in iisdem  
actis ex suis principiis dynamicis idem ostendit Ce-  
leb. WOLFFIVS p. 231. Antea vero idem iam  
praestiterat doctiss. S'GRAVESSANDE in *Elemen-  
tis Physices Mathematicis* Tom. I. p. 112. ed. post.  
quibus addantur ea, quae in *Praefatione ad Institu-  
tiones suus Philosophiae Newtonianae* monuit. Expe-  
rimentis Leibnitianam virium mensuram confirma-  
uit POLENVS tract. de Castellis §. 118. Omnium  
vero luculentissime cuncta, quae ad defendendam  
hanc mensuram adferri poterant, congesit ac ple-  
no modio mathesiphilis lectoribus admensus est in-  
signis Mathematicus BERNOVILLIVS dans son  
*discours sur les Loix de la communication des mou-  
vements.* a Paris 1727. Vtrum vero haec motus  
lex de corporibus etiam non elasticis valeat, alia  
est quaestio. Etenim neque HUGENIUS in cor-  
porum quorumcunque conflictu id, quod facto ex  
quadrato celeritatis in massam mensuratur, con-  
seruari vñquam demonstrauit, quippe qui hanc mo-  
tus legem de corporibus tantum duris enunciat;

neque

neque illustris LEIBNITI VS vniuersalitatem suae legis de conseruanda eadem virium viuarum in vniuerso quantitate vllibi, quantum quidem scio, euictam dedit. Insignis quoque Geometra, IACOB HERMANNVS, qui memoratam LEIBNITI legem hypotheseos instar in sua *Phoronomia* sine demonstratiōne sumit, ac varias ex eadem motus regulas deducit, de corporibus non elasticis eandem nondum demonstratam esse, haud obscure fatetur. Ita enim, postquam Leibnitianam legem de corporibus actuosis seu elasticis proposuerat, p̄ḡit : *Excipimus corpora inertia, quorum vis absolta post collisionem nunquam eadem est, quae erat ante concursum, quandoquidem haec vis in ipso conflictu penitus absorbetur, sc., cum mobilia celeritatibus, massis suis reciproce proportionalibus, sibi inuicem obuiam veniunt.* Sed eiusmodi corpora penitus inertia FORTE nulla dantur, nam et si pleraque corpora perfecta actuositate vel elasticitate praedita non sunt, quod particulae eorum compressae sese in pristinum statum restituere non valeant, eorum saltem elementa perfecta elastica esse queunt, a quo statuendo nullus ex praestantioribus Geometris huius aei abhorre videtur. conf. absolutissimi operis p.m. 112. 113. Omnim primus acutissimus WOLFFIVS Cosmologiae §. 486. in conflictu corporum quorumcunque, etiam non elasticorum vis viuae quantitatē semper conseruari, distinctius euictum dedit, dum sc. a pari argumentatur ac nullam rationem adesse, cur in corporibus non elasticis ea vis omnino periret, quae conseruatur in elasticis, pluribus ostendit. Quodsi vero etiam Celeberrimi viri argu-

mentum pro Leibnitiana motus lege omni exceptione maius supponamus ; nil tamen physico influxui nocebit ; cum regulam tantum corporum inter se conflictui praescriptam determinet. Licet autem adductae in Spho rationes satis superque ostendant, me non sine causa legem motus Leibnitianam influxui haud contrariam adseruisse ; quaedam tamen illustrationis gratia , supra dictis adiicere fortassis hic non incongruum erit. Concedent mihi viri doctissimi , qui influxum impugnant , Leibnitarianam motus legem ex illo reliquarum omnium (vel ipso summo NEWTONO iudice in *Principiis Philosoph. Naturalis Mathematicis* p. m. 12.) principio ac fundamento, *quod sc. Corpus quodlibet perseveret in statu suo quiescendi et mouendi uniformiter in directum, nisi a causa extrinseca statum suum mutare cogatur* , esse deriuandam ac deriuatam. Quodsi igitur euicero , minime id esse absonum , si quis motricem mentis facultatem neque hac motus lege teneri adserat ; me quidem iudice non erit, cur quis amplius miretur , si mentis in corpus actionem Leibnitianae legi ex illa altera deductae ac deriuatae , adstrictam esse negauero. Iam vero nemo facile negauerit facultatem motricem , si quam menti competere euictum fuerit , eiusdem libertati , liberoque decreto esse subiectam ; adeoque mentem alios atque alios conatus aliter atque aliter directos propria vi producere vel adhibere posse , quippe quae , quia et quatenus libera , semet ipsam ad agendum determinat , neque causa extrinseca determinatrice opus habet. Evidentissimum igitur est , mentem in statu suo acquiescendi ac mouendi

vniiformiter in directum, donec ab extrinseco statum mutare cogatur, haud permanere; mens adeoque primariae huic motus, qui inter corpora obtinet, legi minime est subiecta. Quis igitur mirabitur, si mens facultate motrice praedita nouos motus producat, imo primitiwas corporis vires ad maiores subinde intensitatis gradus euehat, modificet ac determinet? Stat igitur systema nostrum sicuti marpesia cautes. Neque etiam contra responcionem datam Celeb. w o L F F I I exceptio valet, qua ad legem Leibnitianam haud prouocari quatenus modum agendi corporibus praescribit, sed quatenus ordinem naturae determinat, in *Psychol. Rat.* §. 588. p. 512. monet. *Equis enim, addit, urgeret, eundem agendi modum obseruari debere a corpore in animam, vel ab anima in corpus agente, quem corpori in simile praescriptum ab auctore naturae deprehendimus, nisi contrario agendi modo ordo naturae perturbaretur.* Si enim Viri summi mentem percipio, nil in hac exceptione continetur, ad quod a me in ipso paragrapho iam sufficienter non sit responsum. Vnicum adhuc addam: emendari posse legem Leibnitianam ea ratione, vt de quibusuis valeat substantiis, si loco virium viuarum, quae tantum ex modificationibus virium substantialium ac primitiuarum exoriuntur, ipsas vires substanciales substituas, idque inter vniuersales naturae leges referas: *nihil virium substantialium perire naturaliter; cum nulla sc. monas, nulla substantia naturaliter destrui queat.* Lege vero hac ratione emendata nihil inuenies, quod in eadem cum influxu pugnet physico.

## §. LIV.

*Obiectio VII. a defectu proportionis inter motus corporis et mentis decreta petita.*

*Cause et effectus inter se sunt proportionales seu effectus causis suis a quibus producuntur sunt proportionales et cause vicissim effectibus a se productis. Sed vires mentis et corporis motus ac vicissim non sunt sibi inuicem proportionales. Motus ergo corporis a vi mentis haud producuntur seu vires mentis ac motus voluntarii in corpore sese ut cause ac effectus inter se non habent; adeoque nullus corporis in mentem et vicissim datur influxus.* Resp. Si in maiori propositione proportionem in trito apud Mathematicos significatu adhibeas, eo sc. quem **EUDOXVS** et **EVCLIDES** (*conf. Element. Lib. V. def. IV.*) vocabulo tribuunt, concedo maiorem. Sensus vero propositionis tunc sequens erit: causam vt 2. producere effectum vt 2.; causam vt 3. producere effectum vt 3. i. e. duplam causam duplum effectum, triplam tri-

plum

plum et sic porro producere; adeoque si duos effectus inter se comparaueris, idemque se habeant ut 2: 3, horum effectuum causas se quoque habituras ut 2: 3. Si vero per proportionem id intelligas, quod antiqui Geometrae et recentiores plerique rationem dicunt, ac per duorum homogeneorum (seu quorum unum aliquoties repetitum potest fieri id, quod est alterum, aequare illud vel superare) secundum magnitudinem comparationem definiunt; quemadmodum Celeb. BVLF. FINGERVS in suo contra influxum argumento et pauci ante eum alii vocabulum usurpant: maiorem propositionem simpliciter concedere haud possum. Quis enim nescit causas efficientes, vires, conatus, substantias esse et sic porro; effectus vero etiam accidentia, mutationes, modifications, limitationes. Quis autem concedet ex modificatione ac limitatione bis, ter, quater, vel aliquoties repetita vim enasci, vel ex tribus, vel quatuor accidentibus combinatis substantiam prodire, vel

aliquid, quod cum ea idem sit, aequet illam, aut superet, et sic porro. Representationes mentis eiusdem mutationibus ac modificationibus annumerandas esse, quis negauerit? Sed dic amabo, quot eiusmodi modifications ac mutationes vim mentis repraesentatiuam constituant; vel ex quot aliis eiusmodi mentis actionibus in vnum quasi fasciculum compactis eiusdem vis vel substantia constituatur?

*Minorem* propositionem, si in priori ac trito significatu proportionis vocabulum adhibeas, nequaquam concedo; cum vel ipsa experientia teste id extra dubitationis positum sit aleam, duplo mentis conatui duplum respondere in corpore effectum et pro nisu animae maiori effectum etiam motumque in corpore esse maiorem ac magis intensem.

Ast in alio sensu concedere eandem possem: sc. quod inter mentis vires atque motus in corpore voluntarios, tanquam omnimode homogenea quoad quantitatem comparatio institui non possit, ita ut aliquot corporis mo-

tus idem sint vel fiant, quod animae nostrae vis vel conatus, eundemque aequent, vel superent; argumentum enim tunc in maiore laborat. Forsitan vero euicta iam motrice mentis facultate, vires animae et motus in corpore vel ipsi Celeberrimo huius argumenti auctori haud adeo heterogenei videbuntur, ut propterea omnis animae in corpus actio ac influxus penitus sit reiiciendus. Quaenam enim *έτερογενεία* impedit, quo minus vis motrix motum producere possit.

Vrget praesens contra sistema Physici influxus argumentum Celeb. BVLFFINGERVS et ingenio et acumine nemini secundus, qui quanto maxime poterat adparatu Systematis Harmoniae praestabilitae defensionem ex instituto suscepit, et quidem adeo ingeniose, ut respectu huius systematis Virgilianum illud de Hectore Troiano vere in eum quadret.

*Si Pergama dextra  
Defendi possent, etiam bac defensa fuissent.*

Breuiter iam illud attigerat in tract. de *Harmonia Praestabilita* p. 54. sequ. praeente LEIBNITIO; pluribus vero postmodum in *dilucidationibus philosophicis* ac vberius idem argumentum prosequutus est §. 327. p. 329. Quoniam vero vir Celeberrimus

paulo

paulo aliter, quam ipse met idem proposui, argumentum suum enunciat, haud alienum videtur eiusdem verba hic subiicere, quō eo facilius Lectori Beneūolo patescat, num viri celeberrimi mentem fuerim adsequutus. In quoconque, argumentatur l. c. entium genere effectus non semper est tantus, quantus serio intenditur, ibi datur proportio inter vires ad effectum applicatas et quantitatem ipsius effectus. Ille igitur effectus non dependet a viribus cum effectu quoad proportionem incomparabilibus. Atqui vires animi et corporis motus sunt quoad proportionem incomparabiles. Ergo effectus, quales in corpore mouendo experimur, non procedunt a viribus animae. Ergo anima non mouet effectiue corpus suum. In hac catena haud mihi displicet; prima et secunda propositio, si de proportione stricte sic dicta seu *αναλογία* loqueretur Viri Celeb. Sed cum de ratione seu *λογίᾳ* sit intelligendus, quemadmodum ex ipsa, quam de proportione attulit, definitione patet, vtramque concedere nequeo. In casu priori negarem propositionem tertiam; in posteriori vero eandem certa ratione concederem, in utroque igitur casu falsa erit conclusio ac epilogus. Ne quis vero me differentiam inter *λογίου* et *αναλογίου* finxisse arbitretur; in eius gratiam ipsas magistri definitiones exhibeo. En priorem ex Lib. V. tertiam: Λογίος (ratio) εστι δύο μεγεθῶν ὁμογενῶν ή κατὰ πηλικότητα πρὸς αλλήλα ποιῶν σχημάτων ad quam curatius intelligendam conferri debet def. V. in qua, quid per τὰ ὁμογενά intelligat, explicavit aliis verbis! Λογίου εχειν πρὸς αλλήλα μεγεθή λεγεται, οὐδὲ μεταμετοπολλαπλασιομένων αλληλών ὑπερεχειν.

Post-

Postmodum vero proportionis quoque ὁ σογχειωτης adfert definitionem n. IV. Αναλογια δε εξι λογων ὄμοιοτης vel ut τΗΕΩΝ habet τΑΥΤΟΤΗΣ. Quae ad explicationem harum definitionum faciunt, vias apud WALLSIVM in tractatu elenctico aduersus MARCIMEIBOMII dialogum de proportionibus et BARROVIVM in lectionibus Mathematicis de Anno 1665, 66. Ex hisce definitionibus patescit, in ratione quidem non nisi homogenea comparari; in proportione vero non necessarium esse, ut omnes termini sint homogenei. Sic v. g. inter merces et pretia, inter laboris magnitudinem et tempus et sic porro proportio datur. Conf. Celeb. WOLFFII Element. Matheos Lat. Arithmetices Cap. III. et VI. Si igitur proportionem tantum inter vires mentis et motus in corpore supponas, facile ratione patescit, cur effectus tantus non sit, quantus intenditur. Quodsi enim quis intenderet effectum ut 100., vi ut 50. instructus, illi mirum videri non debet, si conatus eius sint frustranei futuri; nam posita proportione causarum et effectuum, si effectus intentus est ad alium, quem primituum dicam, ut 100 : 1; etiam causa, quae eundem producere debet esse deberet ut 100 : 1; ad causam, quae effectum ut 1. producit. Adeoque non mirum, quod miles fugitiuus flumen latissimum saltu traicere nequeat, cum vires non habeat effectui requisito respondentes vel tantas, quantas proportio requirit. Si vero in causa ac effectu ad se inuicem relatis necessario rationem in sensu mathematico et homogeneitatem requirat Vir doctissimus, respondeat ad instantias a me prolatas; ut iam Dei

T. O. M.

T. O. M. actiones praeterea ac corporum in se in-  
uinicem, quoniam contra priorem instantiam ipse met  
protestatur, alteram vero forsitan quoque reiiciet,  
realem corporum in se actionem cum illustri L E I B-  
N I T I O negaturus. Ostendi igitur ad Systema Phy-  
sici influxus adplicari debere et posse, quae ipse met  
Celeb. BVLFFINGERVS de Harm. Praestabil. p.  
242. de motuum in corpore et conatum in mente  
proportione in isto systemate obseruauit; nil adeo  
que supereft, quod hic sit adiiciendum, cum ipse  
met Vir doctissimus l. c. fateatur: *Quodsi idem ad-  
plicare ad influxum liceat, cedam vniuersa heteroge-  
neitatis obiectione.*

### §. LV.

*Obiectio VIII. quod in Systemate influxus  
effectus sit maior sua causa.*

Effectus integer aequipollent causae plena-  
iae. Sed in systemate influxus physici is,  
qui perhibetur, effectus integer, non aequi-  
pollent causae plenae. Ergo is, qui in Syste-  
mate Physici influxus perhibetur effectus,  
effectus non est; adeoque neque mentis in  
corpus neque vicissim influxus datur. Mi-  
noris probationem ei fundamento super-  
struit doctissimus BVLFFINGERVS, quo-  
niam in influxu physico effectus maior sit sua  
causa, quia sc. non modo a motu in organis  
senso-

*sensoriis exoriatur motus fluidi neruei in cerebro, ab eodemque rursus aliis motus, qui motus iam effectum plenum absolvant: sed praeter hunc effectum et aliis sc. representatio in mente, quae igitur effectum reddat causa maiorem.* Resp. In maiori propositione prius enucleandum erit, quid sit aequipollentia causae et effectus, vel effectus integri et causae plenae aequalitas. Si vir Celeb. idem per effectum vi causae aequalem intelligat, quod Celeb. WOLFIVS, non est, cur quoad maiorem propositionem ab eo dissentiam: *Effectum enim causae efficienti aequalem*, Philosophus dicit, *effectum plenum quem causa efficiens vi data producere potest.* Ontol. §. 926; ibidem Vir acutissimus *effectum causa maiorem eum dicit, qui vi illa maiori producitur; effectum causa minorem, qui vi illa minore producitur.* Nullum hic homogeneitatis vestigium. Si vero causam effectui aequalem in eo sensu accipias, ut hunc cum illa ad eandem unitatem referri, eidem homogeneous esse ac unum alteri, prorsus

sus substitui posse hac phrasí denotes; minime tibi eandem concedo. Si in priori sensu sumitur vocabulum, nego minorem, seu quod in influxu physico effectus causae non aequipolleat i. e. quod vi data produci nequeat; ad eiusdem igitur probationem respondeo: Notandum esse in influxu physico 1) ipsam motus impressionem, qui monadibus communicatur in eisdem excitare perceptionem, nam communicatio motus non nisi per modificationem virium, quae elementis insunt et quas perceptivas statuit LEIBNITIUS peragi potest; adeoque ultra communicationem motus aliud nil requiritur, ad excitandam perceptionem; et quemadmodum in monadibus corporum similiter et in anima. Obseruandum 2) perceptionem sensualem haud integrum pendere ab actione elementorum materiae in mentem; sed ab eadem tantummodo modificari vim mentis repraesentatiuam ac dirigi, ut hoc potius quam aliud quid sibi repraesentet; nequaquam autem

tem perceptiones menti tanquam liqui-  
dum aliquod instillari conf. §. 44. Si  
vero aequipollentiam causae ac effectus  
aliter accipias, et quidem in posteriori sen-  
su; minorem quidem concedere possum:  
sed nil lucrabitur argumentum; falsum  
enim erit ob negatam ac falsam ma-  
iorem.

Idem, ut iam dixi, qui praecedens ornauit argu-  
mentum, et praefens excoluit potissimum Celeb.  
BVLFFINGERVS, ac illud pluribus explicauit in  
laudato saepe tractatu de *Harmonia Praestabilita*  
p. 33. sequ. Explicat ibidem Vir acutissimus, quid  
in canone metaphysico de effectus integri causae-  
que plenae aequalitate per causam plenam, nec non  
per effectum integrum, intelligat. *Effectum inte-  
grum* (quem Celeb. WOLFFI VS plenum vocat)  
omne illud esse dicit, quod ab actione causae pro-  
ficiuntur ac pendet, siue illa resistentiae corporum  
superandae impendatur, siue alium adhuc extra  
se effectum producat. *Causam vero plenam* vocat  
istas vires, quae integro huic effectui producendo  
adplicantur ac impenduntur, omnes et solas. Ex-  
plicatis iam tali ratione terminis certas motus le-  
ges in subsidium vocat, easdemque canonii suo iun-  
git, atque Systemati physici influxus hisce armis  
non bellum modo, sed certissimum interitum mi-  
natur. Sub variis enim physicis hypothesisibus, ac  
in variis casibus corporum inter se conflictum con-  
siderat,

siderat, ac qualis sit in iisdem effectus integer perpendit. Modo enim corpora tanquam ad motum indifferentia cum Cartesianis considerat; modo vi inertiae instructa supponit; nunc eadem in vacuo; nunc in pleno contemplatur; ac sub qualicunque hypothesi effectum integrum non nisi motum esse ob allegatas motus leges contendit. Est ergo, colligit, effectus integer, qui a viribus corporis nostri produci potest non nisi motus: adeoque ab eisdem perceptio in mente excitari nequit; vetat id videlicet canon metaphysicus, si enim praeter effectum integrum aliud quid produceretur a causa, effectus esset maior viribus causae. Candide exhibui L.B. Viri Celeberrimi speciosam argumentationem: sed varia sunt, quae eandem pariter, vt reliquias cunctas, quae hactenus quidem prolatae sunt, Systemati nostro parum nocere, satis dilucide, ni fallor, euincunt. Ut data opera ea praeteream, quae quilibet Lectorum facile obseruare poterit. v.g. Superstructum esse totum hoc argumentum motus legibus, corporum inter se conflictui praescriptis, quae quam validam argumentis contra influxum Physicum fundamentum praebeant ex §. 53. constare potest. Similiter non opus erit, vt pluribus moneam, niti Virum doctissimum arguento ab heterogeneitate corporis ac mentis petito p. 39. ad quod tamen paragrapho antecedenti satis responsum est. Praeter ea enim, quae in §pho iam a me obseruata sunt, sequentem hic liceat responsonem adiicere, Leibnitianis principiis maxime congruam. Notum est viro acutissimo, motum corporum a modificatione virium, quibus monades sunt instructae, pendere

dere; ostendi vero modificationem virium in monadibus elementaribus in motus communicatione excitatam esse perceptionem, non dissentiente Celeb. LEIBNITIO (§. 31.): videt igitur Vir summus quod motus etiam corporum in conflictu excitatus non modo perceptionem non excludat, verum etiam supponat. Quodsi igitur etiam concederetur, motum esse effectum plenum, qui a viribus corporis produci potest, ac mens igitur ita adficeretur a vi corporis, ut conatum ad motum exserat determinationi conuenienter; nondum tamen inde colligi posset, perceptionem a corporis viribus excitari haud posse, cum ne quidem motus eiusmodi consequi possit, nisi hunc antecedat perceptio (conf. §. 30. 31.) Adeoque tantum abest, ut excludatur perceptio ab hoc effectu pleno, ut neque effectus plenus sine ea obtineri possit ac adeoque in eodem iam includatur necessario. Patet igitur vel ipso Celeb. LEIBNITII scuto telum hoc a systemate nostro auerti ac propelli posse facililime. Non incongruo loco hic obseruare liceat, variarum id difficultatum ansam dedisse, quod non nulli existiment, influxionistas mentem quasi aggerem sibi concipere, ad quem spiritus animales tanquam fluctus marini allaberentur; a mente vero omnes hosce absorberi motus ac transmutari in cogitationes statuere. Inde enim fieri non poterat, quin eiusmodi angiportum, ex quo redditus motuum non detur, admittere nollent. Sed quantum hi absint a vera influxus notione, ea, quae supra ostendimus, satis superque demonstrant, Fortassis autem haud inepte supponi posset, mentem in cer-

to monadato seu corpusculo subtilissimo, maximeque exiguo, a quo forsitan nunquam separari posset, aliis inferioris ordinis monadibus cinctam existere; monadatum vero illud vel membranae cuidam innexum esse vel glandulae et sic porro; verbo, fixae cuidam cerebri parti, quae fluido nerueo haud innaret, sed reliquis adhaereat partibus. Mensis vero sedem commodo loco constitutam in confluxu neruorum, quorum succum non minus quam sanguinem circulari haud omnino vero dissimile videtur, ab huius fluidi, quod praeterlabitur, impulsu, tremulo motu concitari atque ipsas monadum, quee in monadato iam dicto existunt, vires certa ratione modificari, quae similiter mentis, quam cingunt, vim determinent, ac ita dirigant, ut, cum continuo ad repraesentandum nisi sit instructa, hoc potius obiectum quam aliud sibi repraesenteret, determinationibus impressis conuenienter, quia sc. effectus semper causae sequitur qualitatem. Protuli haec eum in finem, non quasi distinctam hic omnium, quae in influxu physico contingunt, explicationem dare vellem; id enim per ipsam influxus naturam fieri haud posse supra demonstravi; neque quasi omnia haec supposita vera ac pro demonstratis habeam: sed tantum, ut exemplo ostendam, iis qui abstracta non capiunt, fieri posse, ut quoad specialiorem influxus modum, alia possit dari explicatio, quam sibi imaginantur influxus hostes. Sed sufficienter haec responsoris loco ad Celeb.  
E V L F T I N G E R argumentum; non enim opus est, ut eidem refellendo diutius inhaerem, cum vir acutissimus vel ipse huic argumento haud nimium fidere

fiderē videatur, quoniam illud, quod ab heterogeneitate deduxerat, tanquam causae suae arcem in *Dilucidationibus Physicis* potissimum ac vnicē tutatur. Vtīnam eruditissimo viro, Consiliario iam Serenissimi Würtembergiae Ducis intimo ac primo Principis Würtembergicae iuuentutis morum ac studiorum formatori tantis iam officiis admoto ulterius vacaret, in huius generis veritates inquirere; non dubitandum, quamcunque tueretur partem, multum lucis maximi momenti veritatibus eius opera accessurum.

### §. LVI.

*Obiectio IX. quod in Systemate influxus menti vires contrariae tribuantur.*

Si cuilibet substantiae simplici finitae, adeoque et animae, vis mouendi competere nequit, *Systema Physici influxus veritati* non est consentaneum. Sed Substantia simplex finita, adeoque et anima nostra vi mouendi instructa esse haud potest. Ergo *Systema Influxus* falsum est ac reiiciendum. Minor probatur sequenti ratione: Si substantia simplex haberet vim mouendi, resistret substantiis aliis vi mouendi instructis eadem tempore versus quamcunque plagam; adeoque una plures vires haberet, imo conatus prorsus oppositos. Sed consequens est

*absolum; ens enim simplex nec una plures vires habere potest, multo minus conatus oppositos.* Ergo et antecedens falsum erit i. e. fieri nequit, ut *simplex substantia finita, adeoque et anima nostra vi mouendi sit instructa.* Maiorem prosyllogismi, quod sc. posita vi mouendi in ente simplici, idem versus quamcunque plagam simul aliis resistere debeat, euidentissimam quidem esse contendit. Celeb. argumenti auctor, eam ob rationem, *quoniam in notione plague nulla ratio continetur, cur potius secundum hanc, quam illam plagam resistat.* Resp. Concedo quidem Viro doctissimo in notione plague in abstracto, in imaginaria illa certi cuiusdam orientis vel occidentis etc. puncti idea, rationem sufficien-tem, cur monas quaedam potius secundum hanc, quam illam plagam resistat, haud contineri; annon vero alia ratio esse possit, cur secundum hanc potius, quam aliam plagam monas resistat, ac utrum legitima sit consequentia: in notione plague abstracta non continetur ratio,

tio, cur monas versus eandem tendat; ergo omnino versus nullam determinatam plagam in resistendo vim suam dirigit, sed versus omnes nititur, id quidem facili negotio ex sequentibus patescit. In imaginaria sane et abstracta spatii ac temporis notione ratio quidem non continetur, cur ens quoddam in hoc, non alio spatio, hoc potius, quam alio temporis articulo existat. Quis vero eam ob rationem statim concedet, ens illud per omnia spatia ac tempora esse diffusum. Quodsi enim ad res alias in spatio coexistentes, in tempore vero ad antecedentes vel consequentes attendas; non impossibile erit inuenire rationem, cur ens quoddam hoc tempore et hoc potius, quam alio loco existat. Tempus enim et spatium sunt ordines rerum, illud, quatenus sibi inuicem succedunt, hoc, quatenus coexistunt. Si igitur similiter ad res versus certam plagam sitas, ad res certo ordine monadi datae coexistentes attendas, in his potius, quam in abstracta plague notione ratio-

nem directionis resistentiae monadis quaerendam esse, facile animaduertes. Potest enim in monade conatus adesse, has potius, quam alias monades remouendi ex determinatione antecedenti, adeoque tendentia motus versus certam plagam; hinc non mirum, si occurrenti monadi nisu contrario instructae potius resistat, quam aliis. Hinc ut versus omnes plagas nisu, etiam contrarios, habeat necessarium non est; nil igitur argumentum nocet Systemati nostro. Maior ergo Prosylogismi huius argumenti non est legitime probata. Minor vero in eodem prosyllogismo aequiuocatione laborat. Plures in ente simplici dari nequeunt vires substantiales et originarias concedo; accidentales plures s. eiusdem vis originariae plures determinationes, imo conatus etiam oppositos, nego. Fundamentum distinctionis sedula mentis contemplatione et affectuum secum inuicem et cum ratione pugnantium consideratione facile intelligi potest.

Proposuit hoc argumentum illudque, si vnum aliud, systematis physici influxus iugulum maxime premere existimauit. IOHAN. FREDERICVS SCHREIBER, Vir doctissimus, qui editis abhinc aliquot annis *Elementis medicinae physico-mathematicis* tantum verae gloriae, paruo licet libro, sibi apud rerum intelligentes conciliauit, ut haud immerito reliquorum etiam Tomorum maturatam editionem exoptent, quibuscumque scientiae curae sunt cor-dique. Inueniet Lector B. laudatum modo argumentum in praefatione libri citati. Praemisso ibi lemmate, quod entia vi mouendi praedita sibi in uicem resistere afferit; unum ens simplex vim mouendi habere non posse; sequenti ratione Vir. Doctissimus probare annititur. *Fac*, inquit, *vni enti simplici vim mouendi non repugnare*: atque *tum resistet aliis entibus vi mouendi praeditis in omni casu*, per lemma. *Cum autem in notione plagae nulla habeatur ratio, cur potius secundum hanc quam illam resistat, ens illud simplex aequa conabitur secundum orientem ac secundum occidentem*; suppono namque omnia plena esse. Sed ens simplex non potest una plures vires habere; ex ontol. Hinc nec uno plures conatus, multo minus ergo oppositos. Quam certum ergo est principium contradictionis, tam certa quoque est propositio. In subsequentibus vero hoc dictis annexit corollarium: *Quare nec anima humana vi mouendi gaudere potest; et in scholio: Quare influxus physicus obtinere nequit.* Habes Lector Beneuole argumentum verbis Viri doctissimi exprefsum; vtrum vero tanti ponderis sit, vt nemo ulterius mentis in corpus actionem tueri possit, nisi,

quemadmodum quidem huius argumenti Cl. *Auctor existimat*, risui *intelligentium* sese exponere velit, ex iis quae in Spho de eodem adnotauit, si competens harum rerum iudex es, facile colligere poteris. Adiiciam tamen supra dictis, quo eo melius argumenti indoles perspici possit, similem prorsus consequentiam. En illam: Fieri non potest, ut anima nostra velit, ut corpus progrediatur versus certam plagam, seu ut ambulet certo tempore orientem versus potius, quam versus occidentem aut versus aliam plagam; nam in notione plague nulla ratio continetur, cur mens versus hanc potius quam aliam plagam corpus suum progredi velle debeat: vult igitur anima ut corpus progrediatur eodem tempore versus orientem non solum, sed et versus occidentem, meridiem ac septentrionem, imo versus plagam quamcunque. Num haec tibi noua sequela videtur? sed huic simile est telum, quo influxum physicum aggreditur.

*Vir doctissimus.*

### §. LVII.

*Obiectio X. quod systema influxus sit immortalitati animae contrarium.*

*Systema, quod immortalitati mentis aduersatur, a Philosopho adoptari non debet.* Sed *Systema Physici influxus aduersatur immortalitati.* Ergo. Minor sequenti ratione probatur: *In quocunque*

*syste-*

systemate *sensationes ab actione corporis in mentem dependent*; id immortalitati mentis e diametro est contrarium: *corpore enim destructo i. e. causa sublata, sensationes etiam, tanquam effectus, tollantur necesse est*; *hinc mens tanquam profundissimo somno post mortem perpetuo sepulta maneret; immortalis adeoque non dicenda.* Sed in Systemate Physici influxus *sensationes ab actione corporis in mentem dependent.* Ergo Systema istud immortalitati mentis aduersatur. Majoris propositionis in huius argumenti profyllogismo falsitas varia ratione euinci potest. 1) Primo enim adhibita quadam illustris LEIBNITII hypothesi facile elucescit, Celeb. Leibnitianos sine ratione supponere, corpore praesenti destructo nullas in mente *sensationes excitari.* Statuit nimirum Vir Summus: nunquam de esse spiritibus finitis corpora, mentemque a corpore praesenti separatam subtiliori tum corpori vel iungi vel coniunctam permanere; ut paucis dicam, in morte exteriorem quasi vestem tantummodo exuere,

exuere, non omnem. conf. Tom. I. du Recueil p. 118. 119. et *Journal des Scavans* de 1695. p. 450. Hoc supposito, nulla est consequentia: sensationes a corporis actione dependent; ergo mens non est immortalis. Licet enim hoc corpus destruatur, poterunt tamen ab actione subtleris illius corporis, quo mens post mortem instructa erit, sensationes certae in anima excitari; illisne, quas nunc habemus similes, an dissimiles futurae, nil refert. 2) Quodsi vero etiam mentem ab omni corpore post mortem sciunctam credas ac separatam; non tamen existet in vacuo, cincta erit aliis monadibus, quae omnia vniuersi spatia replent. Ab earum igitur actione id suppleri poterit, quod antea corporis ope praestabatur: poterunt excitari in mente rerum praesentium representationes, si non pro situ corporis, pro situ tamen et loco mentis in vniuerso. 3) Si neque hoc placet, accipe tertium. Sine ratione supponitur in argumento, ad immortalitatem mentis necessaria.

necessarium esse, ut post mortem etiam sensationes habeat. Non enim anima est ens mere passuum, in quo nil praeter impressiones a corpore excitatas locum inueniat; tantum id abest, ut ne quidem in sentiendo mere passive sese habeat (§.

43). Poterit igitur post mortem corporis eas continuare ac suscipere actiones, quas propria vi nec corporis ope etiam in statu coniunctionis producere solet, poterit, v. g. velle et nolle, meminisse rerum praeteritarum, iudicare, ratiocinari, intellectu puro uti et sic porro. Neque sequitur: mens, dum corpori coniuncta est, si quando nullas sensationes claras habet, in certo statu est, quem somnum dicimus. Ergo etiam corpore destruto, si nullas sensationes claras habet dormit ac in eodem statu est constituta: *a statu enim animae corpori unitae ad statum separatae non valet consequentia; cum potius corpore corruente ipsa ratio suadeat, eundem non subsistere in anima limitationis modum; sed statum consequi a praesenti diuersum.*

Sunt

Sunt verba doctiss. THÜMMIGII in dis fertat. de immortalitate animae §. 24.; a Celeb. BVLFFINNGERO quoque allegata l.c. §. 366.

Immortalitati mentis sistema nostrum maxime contrarium esse Magnus WOLFIUS credidit, id que se demonstraturum esse in *praefat. ad Metaph. Germ. edit. Iliae* minatus est. Num sententiam postmodum mutauerit, ego quidem nescio: nullam tamen amplius huius argumenti in *Psychol. Rat. Lat.*, vbi ex instituto de influxu physico egit, iniicit mentionem. Vix tamen dubito, quin Vir summis argumento ei, quod refutaui, haud dissimili, assertum suum fuisset stabiliturus, nisi forsitan pro eo, quo est, iudicii acumine argumenti imbecillitatem satis superque iam animaduertit. Responsem meam primam hypothesi Leibnitianae superstruxi, nec prorsus vero dissimili, nec nouae. Ut enim CHALDAEOS et PYTHAGOREOS praeteream, nec de AEGYPTIIS quicquam dicam; PLATO certe, aliqui haud pauci Graecorum philosophi animis separatis subtile aliquod tribuerunt corpusculum multumque de istiusmodi οχημασι seu vehiculis philosophati sunt; PROCLO etiam teste, mira tali corpusculo tribuunt praedicata, αὐλοι enim dicunt, αδιαιρέτον καὶ απαθεός. conf. quoque PLOTINVS Ennead. IV. Primae etiam Ecclesiae patres, qui ut plurimum PLATONEM sequebantur, haud veriti sunt similia statuere. Sic ATHENAGORAS post διαλυτιν. animae et corporis

poris. huius aliud menti superesse corpus *venerabilis* in *Apolog.* perhibet. ORIGENES etiam ut in aliis, sic hac etiam in parte in libro *περὶ αἰχμῶν* platonizat. IOHANNES Episcopus Thesalonicensis in Synodo Nicaena secunda tam parum ab hac sententia abfuisse videtur, vt vel in episcoporum concione eandem defenderit, ac suae sententiae complices BASILIVM M. ATHANASIVM et METHODIVM citauerit. conf. *Acta huius Synodi*; similia a Synodo Ephesina probata fuerunt. CLAVDIANVS etiam MAMERTVS in lib. de *Statu animae* ad SIDONIVM APOLLINAREM erudite huius opinionis causam egit; vt CAESARIVM in dialogis I. p. 58. sequ. aliosque praeteream. Patrum et Philosophorum hoc facientia testimonia plura videoas apud DIONYSIVM PETAVIVM in *Theol. Dogmat.* Tom. III. Lib. I. cap. 2. sequ. apud RENATVM VALLINVM in not. ad BOETIVM p. 62. nec non apud RICHARDVM BAXTER in *the defence of the Souls immortality against the Somatists or Epicureans and other Pseudo-philosophers* p. m. 528. et 575, qui ibidem nouem quoque rationes profert, quibus huius sententiae defensores ut plurimum niti solent; non quasi ipse met eandem probet, sed ex alia ratione: *I name their reasons, that you may be charitable in your censures.* Dignum bono Viro institutum et necessarium multis monitum! Inter recentiores, GROTIUS et VOSSIUS Senior non multum ab hac sententia abesse videntur. Nuper vero HVMPHREDVM quoque PITTONIVM, in appendice libri mea laude maioris, quo *veritatem religionis Christianae*

*stianae ex resurrectione Christi probat*, p. 712.  
 713. versionis germ. Leibnitianam sententiam suo  
 comprobasse calculo, obseruaui. Ea vero, quam  
 ultimo loco attuli, responsio haud infirmum sane  
 pro mentis immortalitate suppeditat argumentum,  
 in primis, si cum aliis rationibus coniuncta consi-  
 deretur. Non ignorantiam fuisse ARISTOTELI, Vi-  
 tro quem plures contemnunt forte, quam intelligunt,  
 hanc in demonstranda mentis immortalitate viam  
 ex eiusdem libris περὶ ψυχῆς perspexi. Sic enim  
 lib. I. th. 13. loquitur: Εἰ μὲν δύεται τὸν τὸν  
 ψυχῆς εργῶν η̄ παθηματῶν ιδίον, εὐδέχοιται αὐ-  
 τὴν χορήσεων. Εἰ δέ μηδεν εἶνι ιδίον οὐτῆς, δικαίων  
 εἰν χορηγεῖν. Si igitur operationum animae vel adfe-  
 ctuum aliqua propria sit ipsius, fieri potest, ut separe-  
 tur. Sin vero nulla sit propria ipsius, fieri non potest  
 ut separetur. Num semitam hic designatam rite cal-  
 cauerit, alii iudicent; noui enim, quod de ARIS-  
 TOTELIS in hoc articulo ορθοδοξία non nimium  
 bene sentiant erūditi. Egregie idem alio simili il-  
 lustrat illustr. Angliae Cancellarius BACON DE VE-  
 RULAMIO, de augmentis scientiarum Lib. IV. p.  
 219. 20. Si quis, inquit, iudicio infirmior existi-  
 met, istas corporis in animam impressiones aut immor-  
 talitatem animae in dubium revocare, aut imperio ani-  
 mae in corpus derogare, leui dubitationi, leue responsum  
 sufficerit. Exempla petat, ab infante in utero ma-  
 tris, qui simul cum matris affectibus compatitur et ta-  
 men e corpore matris suo tempore excluditur. Cete-  
 rum non possum non mirari, qui fiat, ut viri etiam  
 eruditii varias hic ex animi deliquiis, ecstasi et sic  
 porro, qualia aegrotis accidere solent, contra im-  
 mortalitatem

mortalitatem mentis nequant argutatiunculas; cum facil ratione vel semidoctus perspicere possit, nimium haec argumenta probare, cum similiter euinci posset, hominem, qui carceri inclusus squalore eiusdem ac foetore excruciat, prorsus vita priuari debere si ex eodem educeretur, eumque sine carcere, vinculisque solutum omnino subsistere non posse. Triumphat ergo influxus systema de victo hoc quoque argumento, ac vel triplicem obtinet de eodem victoriam. Sed caesis iam triariis tempus erit ut receptui canam; fugitiuis enim reliquis, quibus iam vis nocendi ademta, non est, cur acriter insistam. Hic ergo Lector Beneuelle pedem figam ac opellae meae iam sua mole laboranti imponam colophonem. Si quaedam curatori lima indigere in hac commentatione existimabis, me non habebis diffitentem; nil enim humanum ex omni parte est perfectum: si vero ob quaedam minus curate dicta omnia reiicis, per me quidem licet; commendarem tibi tamen morale illud BRAVNII: *He that endureth no faults in mens writings, must only read his own, wherein for the most part all appeareth white; suos sibi legat ille libellos ac sibi plaudat ipse domi.* Ego vero non gloriam hic, sed veritatem quaero; meae enim mihi tenuitatis probe sum conscius: meliora igitur monstranti summam habebo gratiam. Ceterum, ut coronidis loco ingenui fatear, licet multa iam in doctrina de mente in lucem protracta sint maioribus nostris ignota, nullius tamen fere rei contemplatio clarioribus exemplis explicabit illud eruditii istius symbolum: quantum est, quod nescimus. Erit tamen aliquando

O

tempus

*tempus* (ut verbis Philosophi ac Mathematici celeberrimi finiam) quo ad summam nostram felicitatem non parum conduceat nostri plena cognitio, cum sese mens intuebitur cum admiratione multo maiore et vivaciore ea, qua orbem uniuersum dignata est. Nunc enim tempus metae, laboris, examinis; veniet autem lucis et mercedis aetas nunquam desituta, eoque suauior futura, quo tenebris et luciae non mediocriter intentae successerit.

O. M.

*Mentis et Corporis Conditori sit Honor,  
Laus et Gloria.*



MARTINI



MARTINI KNUTZEN,

LOG. ET METAPH. PROF. PVBL.

DE  
HVMANAЕ MENTIS


INDIVIDVA NATVRA,

S I V E

IMMATERIALITATE

C O M M E N T A T I O

PHILOSOPHICA.



MARITIMA HUMANA

166. ET MATER. TROP. LXXI.

PRAEFATIO.



dmirandum illud orbis rerumque creatarum compendium, mens nostra, vniuersi delineatrix, Deique conditoris inuisibilis imago accuratiorem hominis Philosophi contemplationem summo iure meretur. Quae enim res singulae ad alliciendam eorum, qui ingenua veritatis cognitione delectantur, attentionem plurimum possunt, et ad exquisitiorem rei cuiuspiam considerationem, nos excitare merito debent: eae in mentis nostrae natura amicissimo iunctae vincu-

vinculo vniuersae deprehenduntur: admiranda rei cognoscendae indoles, ipsius disquisitionis difficultas et summus denique ac incredibilis usus, ex pleniori eiusdem cognitione non sine ratione expectandus. Quid enim tam *singulare*<sup>a)</sup> et tantopere *admirandum*, quam indita illa animo vis, qua terram, maria, coelum contemplando peruagatur, et incredibili celeritate cum innumeris, tum diuersissimas rerum formas et imagines mirabili prorsus ratione in semet ipsa effingit; qua praesentia non solum intuetur, sed praeteritorum etiam memoria gaudet, et futura coniectando assequitur; qua non modo ea, quae visu sunt exposita, contemplatur, verum etiam absconditam sub rerum creatarum imaginibus, ceu sub

*Ori* 3 *languit* *toti-*  
*a)* CICERO Tuscul. Quaest. Lib. I. §. 66. *Singularis* igitur (inquit) *quaedam est natura et vis animi, se-*  
*riuncta ab his visitatis notisque naturis.* Ita quicquid  
*est illud in nobis, quod sentit, quod sapit, quod vult,*  
*quod viget, coeleste ac divinum est.* PHILONI vero  
*merito animus noster θαυματοιος dicitur ob admi-*  
*randam operationum, quas suscipit et suscipere potest,*  
*naturam.* Vid. *Opera PHILONIS* p. 282.

totidem velis, inconspicuam diuini Con-  
ditoris Maiestatem, perspicaci rationis  
oculo summa certitudine detegit, ac inui-  
sibili diuinorum perfectionum pulcritudi-  
ne, inuisibilis ipsa, ineffabili prorsus ra-  
tione delectatur. Quid quaeſo ex innu-  
merabili rerum corporearum multitudi-  
ne, quatenus nostrae cognitioni patent,  
menti nostrae cogitanti in vniuerso orbe  
simile deprehendi vnuquam et inueniri  
potest? Nulli profecto dubitamus, quin  
propria ſuae mentis consideratio, summa  
quemlibet nostrum admiratione affectu-  
ra eſſet, niſi inimica attentionis conſuetu-  
do, rebus, quotidianaे experientiae no-  
ſtræ expositis, densissimas ſuo more tene-  
bras obſunderet, earumque natuuo office-  
ret ſplendori. Quemadmodum vero  
mira et singularis humanae mentis natu-  
ra animos nostros ad eandem penitus  
perspiciendam vi quadam efficaci allicere  
potest; ſic et ipsa huius inuestigationis  
difficultas, <sup>b)</sup> tantum abeft, vt verum fa-

pien-  
<sup>b)</sup> Naturam humanae mentis cognitu perdifficilem eſ-  
ſe,

pientiae cultorem absterre debeat, ut  
potius ad tam admirabilis rei disquisitio-  
nem suscipiendam eo magis incitet atque  
inflammet. Haud equidem diffitemur  
animae nostrae naturam non esse ex ea-  
rum rerum numero, quas sine adhibito  
labore experiundo cognoscimus; oculo  
enim similis aliorum quidem formam in-  
tuetur, suam propriam sibi exhibere ne-  
quit, nisi reflexis quasi rationis radiis ad-  
iuvetur. Ut de innumeris fere tricis et  
obiectionum nebulis non dicam, quibus

## O 4. ex

se, principes ex antiquitate Philosophi vno fere ore  
fatentur. HERACLITVS adeo profundam eius ra-  
tionem censet, ut nunquam eam reperire quispiam  
possit, quantalibet viae conficiet spatia. V. DIOGE-  
NES LAERTIVS Lib. IX. p. 631. ARISTOTE-  
LES lib. I. c. 2. de anima: πάντη δέ (inquit) καὶ παν-  
τως εστι τῶν χαλεπωτάτων λαβεῖν τινα πίστιν περὶ αὐτοῦ  
(ψυχῆς). Omni ex parte et omnino difficultissimum  
est, fidem aliquam de ipsa (anima) accipere s. certi  
quid determinare. CICERO itidem enumeratis va-  
riis variorum de mente sententiis, ut in summa rei  
difficultate, Deum quendam sibi arbitrum exoptat.  
Tuscul. Quæst. lib. I. Sect. 66. Similiter SENE-  
CA iudicat Nat. Quæst. Lib. VII. c. 24. et IVSTVS  
LIPSIUS his adiicit: O Caliginem! o misériam! illud  
quo caetera noscimus ipsum nescimus, Lib. III. Physiol.  
Dissert. 3. conf. et Celeb. HOLLMANNI Diff. de  
anima sibi ipsis ignota. Witteb. 1724.

ex materialistarum cohorte haud pauci nec omnino ingenio destituti tenebrarum artifices inuoluere ac obscurare veram de mente doctrinam allaborarunt. Sed vel eam ob causam dignum cum primis est philosophicae contemplationis obiectum; cum philosophorum sit non modo ea considerare, quae omnium sensibus sunt exposita, sed etiam obuelatas caligine, tenebrisque inuolatas rerum naturas, ratiocinando in clarissimam protrahere lucem.

Quod vero maximopere et potissimum indiuiduae mentis naturae contemplationem commendat, insignis est ex collocata in hanc meditationem opera, speranda et expectanda *utilitas*. Plurimae enim maximique ponderis et momenti veritates ex cognita genuina, id est, indiuidua mentis natura dependent. *Primum* enim *expers illa materiae segregataque ab omni concretione mortali, supremi Numinis natura plurimum lucis accipit*, quam primum materiae ad cogitandum impotentia et humanae mentis immaterialitas

solidiori demonstratione fuerit confirmata, ita, ut non sine ratione viri ob ingenii sagacitatem et eruditionis copiam celeberrimi censeant, <sup>c)</sup> vix felicius vesanae illius eruditionis homines, qui Deum esse, inficiari haud verentur, ac ex eorum numero praecipue BENEDICTVS SPINOZAM refelli posse ac refutari, quam si euiceris, cogitandi vim cum extensione in uno eodemque subiecto inesse omnino non posse. Nec minus vero fulgentissimum illud naturae rationalis decus, quo prae brutis eminemus et felicitatis demum euadimus capaces, mentis humanae *Libertas* <sup>d)</sup> eiusdem immaterialitate maximopere nititur. Quod-

O 5 si enim

c) Conf. Mr. BERNARD *Nouvelles de la République de lettres* a. 1702. p. 668. REINHARDVS Diff. de *Controuersiis recentioribus de spiritu* p. 5. nec non BVDDEVS de *Atheismo et superstitione* p. 630. CVDWORTH quoque in *Systemate Intellectual.* passim idem testatur;

d) Conferantur autores, qui ex libertate mentis eiusdem immaterialitatem euicerunt. JACQVELOT traité de l' *existence de Dieu* Diff. II. c. 7. 8. et versionis Batauae p. 279. DITTON in *append. tract.* de *V. R. C. ex Resurrectione Iesu Christi* p. 640. ed. germ.

Si enim mentis naturam ab inerti illa materiae mole, quae ciere semetipsam non potest, prorsus distinctam esse quispiam negauerit, non minus omnem nobis libertatem, quam automatibus, horologiis v. g. aliisque eiusmodi machinis, denegare necesse habebit. Accedit, id quod principi loco mihi fuisset commemorandum, naturalem animae nostrae *immortalitatem*<sup>e)</sup> quam verae virtutis ac religionis basin merito dixeris, nondum euicta indiuidua corruptionisque experientia, vix legitime ac ea, prout par est, ratione, posse demonstrari. Cum itaque nihil magis intersit humani generis, veraeque ut religionis, sic et felicitatis, quam ut firmissimo stet talo: *Deum dari rerum omnium conditorem, naturaeque ab hac corpore mole prorsus differentis, mentem vero nostram vere liberam adeoque praemiorum etiam et poenarum capacem, nec minus aeternitati paratam, neque cum corporis morte interitum*

e) Vid. CONR. FEVERLINI Diff. de fundamento immortalitatis, immaterialitate animae, Alt. 1690.

terituram ; non est cur vereamur, quem-  
quam futurum adeo iniquum rerum ae-  
stimatorem, qui disquisitionem de vera et  
individua, id est immateriali animae no-  
straे natura, inutilitatis accusare audeat.  
Neque vero sua tantummodo insigni uti-  
litate sese instituti nostri argumentum  
commendat, verum etiam, vix quicquam  
praesentis temporis rationibus accommo-  
datius ad publicam philosophantium dis-  
quisitionem a me eligi posse mihi quidem  
videbatur, cum de arguento ad acade-  
micam exercitationem apto eligendo co-  
gitationem instituerem. Eum enim  
oporteret in magna rerum inter eruditos  
nostro tempore gestarum ignoratione  
versari, qui nesciat, quod eadem, quae  
olim ab antiquis corpuscularis philoso-  
phiae patronis LEVCIPPO, DEMOCRI-  
TO et EPICVRO ; et praeterito seculo a  
SPINOSA, HOBESIO, STOSCHIO,  
aliisque agebatur fabula, mutatis tantum-  
modo personis et hodie agatur <sup>f)</sup>). Haud

equi-

f) Recentissime edita sub Cel. de VOLTAIRE nomi-  
ne

equidem defuerunt eruditissimis viris,  
quos ad optimam causam tuendam, no-  
stra aerate prouida Numinis O. M. cura  
fuscitauit, non omni robore destituta ar-  
gumenta, quibus horum hominum repri-  
mere audaciam hactenus fuerunt annisi.  
Cum tamen vulgata maxime argumenta,  
ea cumprimis, quae a motus natura deri-  
uari solent, ac in variis systematibus Phi-  
losophiae recentioris ut plurimum adhi-  
bentur, nonnihil adhuc difficultatis habe-  
re nec omni exceptione maiora esse mihi  
videbantur; aduersariorum vero pertina-  
cia demonstrationes exigat omni luce cla-  
riores: idem denuo B. C. D. voluere sa-  
xum constitui, periculum facturus, num  
qua faciliori via, breuiori magisque per-

*ne Epistola Gallica: où l'on soutient, que c'est la ma-  
tiere, qui pense, satis superque ostendit, non deesse  
nostris temporibus, qui eadem fronte, qua antiqui  
materialium animarum statores, simplifcem ac indi-  
viduam mentis naturam impugnant. Subiuncta le-  
gititur epistola, quam dixi, Cel. REINBECKII, quem  
nuper sibi eruptum merito luget, et sanctior coetus  
et litterarius orbis, tract. Von der Unsterblichkeit der  
Seele p. 321.*

spicua ratione, immateriale mentis nostrae naturam extra dubitationis aleam ponere possem. Fecit, nisi me omnia fallunt, voti me compotem sedula earum rerum consideratio, quae ad distinguendi actum, quo omnis nititur cogitatio, requiruntur. Subnascebatur enim euoluta *distinctionis* definitione argumentum, quod breuitate insigni summaque se mihi commendabat facilitate, quod vero suam efficaciam ut ita dicam, sic in propatulo gerit, ut vel ab ingenio vtcunque mediocri sine ullo fere labore intimo intellectus sensu percipi possit; cum paucissima, praeter definitiones ad materiam et cogitationem spectantes, supponat ex Philosophia principia. Num suscepisti operis amor in eo me fallat, iudicium esto penes Benevolum Lectorem, cui opellam hanc leuem aequa lance expendendam exhibeo, si non virium, voluntatis tamen officiosae testem. Duabus illa partibus absoluitur. Una demonstrationem individuae mentis naturae et connexorum cum

cum eadem attributorum complectitur:  
*Dogmaticam* dico. Altera, quam *Polemicalm* appellare liceat, principes eorum ob-  
jectiones continet, qui mentem nihil praeter  
materiam esse statuerunt, quibus fun-  
damenta adieci solutionum. *In priori se-  
tione* ea via incedo: Naturam cogitatio-  
nis non minus, quam materiae euoluo;  
iactis hisce fundamentis non modo, quod  
plerumque fieri solet, cogitandi vim ex  
cognitis materiae qualitatibus nulla ratio-  
ne posse explicari euincō; sed etiam,  
quod tanta sit inter utriusque proprie-  
ties, tamque euidens pugna, demonstro,  
ut materiam cogitantem dicere siue ani-  
mam materialem afferere non minus ab-  
sonum sit ac contradictorium, quam cir-  
culum quadratum vel aureum ferrum  
aut alia quae aduersissima fronte sibi in-  
uicem repugnant, tueri. Si igitur mo-  
do velint aduertere mentem, quicunque  
contrarium defendunt ac veritati non re-  
fragari pertinaciter pergant, nullo nego-  
tio intelligent, nos, qui mentis naturam a

materia

materia toto genere diuersam esse defen-  
dimus, non inania humani ingenii sig-  
menta tueri, aut entia præter necessita-  
tem multiplicare, sed aeternis firmissimis  
que niti rationibus ex ipsis rerum essen-  
tiis ac proprietatibus necessariis deprom-  
tis. *In posteriori sectione s. Polemica cum*  
*antiquorum, EPICVRI, et qui eius tui-*  
*tus est elegantissimis versibus sententiam,*  
*LVCRETII, CLEANTHIS aliorumque;*  
*tum recentiorum HOBESII, STO-*  
*SCHII, COWARDI, RIDIGERI, VOL-*  
*TAIRII aliorumque argutias exhibeo,*  
*et quam ficalneo fundamento nitantur,*  
*euinco, quo studiosa academie nostrae*  
*iuentus, in cuius gratiam conscripta haec*  
*qualiscunque exercitatio, dispersas per*  
*tot volumina obiectiones, quibus se ia-*  
*stant mirum in modum materialistae, his-*  
*ce pagellis vna cum antidoto coniunctas*  
*habeat. HABES L. B. summam exercita-*  
*tionis qualiscunque inter diuersissimi*  
*generis occupationes conscriptae ab auctore*  
*festinabundo, non tamen omnino negli-*

genti

genti nec in his rebus plane nouitio.  
Dabis tamen veniam, si quaedam accu-  
ratori lima indigere ac meliori ratio-  
ne exponi potuisse, Tibi videbuntur. Si  
quid nosti rectius istis, candidus imperti;  
si non, his vtere mecum. Deus vero,  
Auctor veritatis, annuat coeptis et faxit,  
ut hic quoque qualiscunque tenuis labor,  
non omnino scopo excidat, lectorumque  
mentes de naturae sua praestantia conui-  
etas magis vel confirmatas, ad dignas tan-  
ta excellentia cogitationes actionesque  
conuenientes magis magisque excitet et  
**inflammet.**



D. A. EX-

D. A.

EXERCITATIONIS  
PHILOSOPHICAE  
DE  
INDIVIDVA HVMANAЕ  
MENTIS NATVRAЕ

SIVE

DE IMMATERIALITATE  
ANIMAE.

SECTIO I. DOGMATICA.

QV A

INDIVIDVA MENTIS HVMANAЕ  
NATVRA EVIDENTISSIMIS ARGV-  
MENTIS DEMONSTRATVR.

§. I.

*Animae s. mentis humanae nec non cogitationis  
definitiones.*

Indubitatis experientiae testimoniis con-  
stat, dari in nobis aliquid, quod cum  
sui, tum variarum de rebus aliis repræ-  
senta-

sentionum, imo rerum ipsarum sibi est consciū. Cuiuscunque etiam indolis ens illud esse assumatur, communi tamen Philosophorum tantum non omnium, imo ipsius vulgi consensione anima s. mens humana id appellari solet. Quando vero et quatenus mens sui rerumque aliarum sibi est conscia, vno vocabulo *cogitare* dicitur; *Anima* igitur seu *Mens humana* ex consueto loquendi vsu, nihil aliud erit, nisi ens, quod *in nobis* cogitat, vel accuratius, quod cogitandi facultate est instructum.

Cum demonstratio quaevis secundum genuinas rationalis philosophiae regulas certis superstrui debat principiis, in quorum numero definitiones principem suo iure obtinent locum; fundamento suo et capite nostra disquisitio destituta foret, si eius rei, circa quam praesens potissimum labor versabitur, id est, animae sive mentis humanae definitionem omissemus. Est vero finitio nostra, vulgatis non philosophorum tantummodo plerorumque, sed fere omnium mortalium conceptibus de mente humana consona. Quantumcunque enim in constituenda humanae mentis natura inter se dissentiant eruditī, cum antiqui, tum recentiores; in generali tamen animae humanae conceptu nobiscum tantum non omnes

omnes conspirant. Siue enim quis cum <sup>g)</sup> LEV-  
CIPPO, DEMOCRITO et EPICVRO mentem  
nostram ex subtilissimarum atomorum congerie  
coagmentatam fingat; siue cum HIPPONE Phi-  
losopho aqueam, aut cum ANAXIMENE aëream  
sibi concipiat, siue denique cum recentioribus Ma-  
terialismi, quem vocant, promachis, vel cerebrum  
ipsum aut intimam quandam illius partem aut po-  
tius subtilissimum in cerebri canaliculis discurrens  
fluidum, mentis nostrae naturam absoluere sibi ima-  
ginetur; siue denique meliora edocet, mentem sub-  
stantiam esse statuat simplicem, omnisque composi-  
tionis expertem, corpori quidem iunctam, sed ab  
eodem tamen longe diuersissimam: in tanta tamen  
opinionum differentia nemo fere est, quin animam  
id esse, quod in nobis cogitat, ac de cuius natura  
quaestio est, supponat atque confirmet. Consentim-  
us itaque in principe hac definitione, mentis a  
corpo differentiam individuamque eius naturam  
demonstraturi, cum ipsis Materialistarum Cory-  
phaeis, quos iam propediem ex hac ipsa notione,  
DEO duce, sumus refutaturi. DICA EARCHVM  
hic missum facimus, qui animam *nihil* esse dixit:  
aut enim nihil dixit homo lepidus ac indignus,  
quem refutemus, qui principem sui partem nihil  
esse existimauit, ac eo ipso se cogitandi facultate

P 2

desti-

g) De variis antiquorum de anima sententiis conse-  
ratur NEMESIUS de *Natura hominis* p. 16. ARI-  
STOTELES libro de anima cap. 2. PLVTAR-  
CHVS de Placitis Philosophorum: qui tamen non-  
nunquam inter se dissentunt in recensendis anti-  
quorum Philosophorum sententiis,

destitutum fatetur; (Quis vero cum lapide aut ligno cogitationis experte disputer?) aut id tantummodo innuere voluit, Philosophus a materialistarum sententiis non abhorrens, animum, qualem sibi reliqui concipiebant, tanquam spiritum individuae naturae et a corpore diuersissimum, se quidem iudice, nihil esse, praeterquam inane aliquod humani ingenii figmentum. Cumque posterius a veritate minime alienum videri possit, reliqua Viri huius dogmata, quae a CICERO et PLUTARCHO in aliis locis recensentur, expendenti; nullus dubito, quin DICAEARCHVS animam in eo, quo definiimus sensu dari concederit, licet id, quod in nobis cogitat, subiectum non nisi, corporeum materiamque certa ratione attemperatam esse existimauerit.<sup>h)</sup>

Non

h) De DICAEARCHI miris circa animam sententias CICERO sequentia refert: DICAEARCHVS in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit doctorum boninum disputantium, primo libro multos loquentes facit, duobus Pherecratem quendam Phtiotanum Senem, quem ait a Deucalione ortum, differentem inducit, nihil esse omnino animum et hoc esse nomen totum inane, frustaque et animalia et animanter appellari, nec in homine inesse animum vel animam nec in bestia. Tuscul. Quaest. Lib. I. p. 250. IDEM I. c. p. 248. hanc sententiam expresse adscribit DICAEARCHO ipsi: DICAEARCHVM, inquit, cum ARISTOXENO aequali et condiscipulo, doctos sane homines, omittamus, quorum alter ne condoluisse quidem unquam videtur, quippe, qui animam se habere non sentiat. Similia de ipso et ARISTOXENO refert LACTANTIUS Institut. lib. VII. c. 13. et de opificio Dei cap. 16. Vberius de mira DICAEARCHI sententia commentantem lege BAILIVM

Dicitur-

Non defuerunt quidem antiquis nostrisque temporibus nonnulli ex Materialistarum choro, qui non id quod in nobis cogitat subiectum, verum potius ipsam cogitandi facultatem animam esse dicendam existimarunt. Recentius in ea versatur sententia *Auctor Epistolae Gallicae*, quae sub nomine Ingeniosi Poetae Galli, Cel. de VOLTAIRE prodiit, qui l.c. italoquitur p. 328. *Il nous a donc plu d'appeler Ame cette faculté de penser et de sentir, comme nous appellons vûe la faculté de voir, volonté, la faculté de vouloir.* Eadem iam ante eum Oberrauerat chorda alter *Anonymous* auctor, des vertrauten Briefwechsels zweyer guter Freunde vom Wesen der Seele, p. 83. Cur tamen in eorum gratiam a recepto loquendi vsu recedamus, quo ipsum subiectum cogitans anima dici solet, non video. Interim cum bonis viris de vocibus non litigabimus; cum de rebus sit quaestio. Concedant modo, id quod Deo duce euidentissime sumus demonstraturi, subiectum cogitationis non esse materiam, sed simplicis prorsus naturae: in vocabulis suo abundant sensu, siue Abracadabra caeterum illud subiectum siue animum appellare ipsis placuerit, nihil magnopere impediemus. Nulli dubitamus, quin dicta vindicarum loco pro tradita mentis definitione sufficient apud prudentiores; neque etiam est, cur vereamur, quenquam futurum, qui adoptandas potius a nobis fuisse, vel ARISTOTELIS vel PYTHAGORAE, magnorum hominum, de anima definitiones existimet; quorum ille animam *Entelechiam*

P 3

chiam

*Dictionnaire Historique Critique* titulo *Dicaearque*  
p. 1043,

chiam primam corporis Physici potentia vitam habentis; <sup>i)</sup> hic vero <sup>k)</sup> numerum semet ipsum mouentem, eandem definiturus, assertuit. Latissimus dicendi campus pateret, si harum explicationum via detegere vellem; abstineo tamen lubentissime ab exagitandis miris hisce definitionibus ne dicam, an obscurationibus, re definita multo impeditioribus; cum talis excursio parum instituto nostro allatura esset emolumenti et longe decentius sit, antiquorum errata emendare, quam indicata acerbius insectari. Nihil igitur prioribus illustrationis gratia prolatis adiungam praeterquam quod non sine ratione a me sit obseruatum, accuratius meliusque ipsius cogitandi facultatis, quam cogitationis in definitione mentis nostrae iniici mentionem. Quam ob causam ita sentiam, regularum Logices non omnino ignari facile intelligent.

## §. II.

*Conscientia sui ipsius rerumque aliarum  
quid sit?*

Cogitationum humanae mentis indolem curatius iis esse perpendendam, qui de vera mentis s. animae nostrae natura

i) ARISTOTELES de anima lib.2. cap. I. Ψυχη, inquit, εγιν εντελεχεια η πρωτη σωματος Φυσικη ζονη εχατος δυναμει: De Entelechia videatur PASCHII dis fert, *Entelechia vox et crux Metaphysicorum.*

k) De PYTHAGORAE Symbolica definitione videatur NEMES. ys l. c. cap. 2. p. 7.

disquisitionem instituunt, rationis leges non suadent modo, verum etiam iubent. Ostendimus quidem in antecedentibus ad cogitationes nostras cum nostri, tum aliarum rerum conscientiam requiri; sed haec obseruatio nondum sufficit instituto nostro: progrediendum igitur vltierius in analysi notionum ac inquirendum erit, quibus rebus illa sui rerumque aliarum conscientia absoluatur. Neque adeo difficilis est huius rei indagatio, vt attentio-  
nem in nosmet ipsos reflexam ac debite adhibitam posset frustrari. Haec enim euidentissima ratione nos edocebit, tunc *nos nostri esse consciens*, quando a rebus aliis nosmet ipsios discernimus; tunc vero *aliarum rerum conscientiam* nobis praesto esse, cum easdem a se inuicem distin-  
guimus.

Dici solet conscientia in hoc Spho definita *Lö-  
gica* vel potius *Metaphysica* ad differentiam *consci-  
entiae moralis*; neque vero ex hac aequiuoca loquen-  
di ratione vlla facile metuenda est confusio, cum adiectae voces, *sui aliarumque rerum*, Logicam a  
morali, quae iudicium est intuituum de actionum

propriarum moralitate, satis superque discriminantur. Est vero definitio nostra, ut in Philosophia recentiori recepta, sic etiam visitatae loquendi rationi maxime conformis, et ab illis exemplis abstracta, in quibus nos nostri aliarumque rerum conscientes esse, nemo facile negauerit. Concpie tibi, exempli causa hominem, qui e longinquo imaginem intuetur, in qua praeter figuratas maiores, colorumque non minus lumine, quam sua magnitudine satis conspicuas quaedam etiam minutiae occurunt, quae subtiliori penicillo delineatae ob exiguitatem ex tanta distantia a reliquis aut inter se distingui minime possint: se sibi harum minutiarum conscientem fuisse, interrogatus, sine dubio negabit. Fac eundem picturae proprius admoueri, ut visum minutiora quoque sensibili magis ratione feriant: quam primum a se inuicem illa distinguet, conscient sibi eorundem erit, nominumque gnarus suo proprio quodlibet indigitare poterit. Quis in hoc casu non videt, rerum conscientiam obseruato discrimine nititur. Idem vero in aliis exemplis fere innumeris patet. Coerulea flamma pars, quae in candela accensa proprius considerata inferius obseruatur, e longinquo animaduerti nequit, neque eiusdem praesentiae in maiori distantia conscient sumus, donec proprius accedentes eiusdem a reliqua flamma, qua cum visus imbecillitas e maiori distantia eam confundebat, differentiam obseruemus. Microscopicae obseruationes idem imprimis euidentissime loquuntur. Quis sibi v. g. conscient fuisse animalculorum ac variis generis vermiculorum, quibus acetum nonnunquam scatet, cum similia feret omnia in eiusmodi fluido nudo

nudo oculo appareant, nisi microscopiorum ac artis ope minutissimorum, quae acetо insunt, differentia esset detecta conf. R O B. BO Y L E de *utilitate Philosophiae experimentalis* p. m. 653 et 36. Cum vero ex dictis generatim pateat ad conscientiam *Logicam* semper rerum requiri distinctionem; nullo iam negotio intelligitur, ex eodem capite nos tum demum nostri consciens esse dicendos, quando nos ab aliis rebus repraesentatis discernimus. Displicuit quidem haec *conscientiae sui ipsius aliarumque rerum definitio*, quam illustris WOLFFIUS in metaphysica germ. etiam tradiderat, aduersario eius Lipsiensi, clarissimo R I D I G E R O, qui caput huius Metaph. Wolff. IV. suis notis et animaduersionibus illustratum ediderat sub Titulo. (Tit.) Herrn Wolffens Meinung vom Wesen der Seele und eines Geistes überhaupt, nebst Herrn Rüdigers Gegenmeinung von demselben. Ac statim sub initium belli p. 4. 5. n. c. hanc definitionem aggreditur. Sed satis ipsi responsum esse videtur ab auctore illo, qui sub adscitio HIERONYMI ALETOPHILI nomine late-re voluit in den Erinnerungen auf die Gegenmeinung (Tit.) Herrn Rüdigers p. 19 sq.

### §. III.

*Ad distinguendi actum s. intuitum discriminis rerum quid requiratur?*

Cum conscientia et sui ipsius et aliarum rerum, adeoque et cogitatio omnis intuitum discriminis s. distinguendi actum requirat, non sine usu erit, ea quoque

vltierius et profundius rimari, quae ad illam rerum distinctionem sunt necessaria. Edocebit vero quemlibet ad se attentum accuratior rerum consideratio, nullam fieri posse obiectorum distinctionem, neque eorundem discrimen vñquam posse obseruari, nisi 1) partim res *philes* in uno eodemque subiecto repraesententur, 2) partim harum representationem ab illo ipso subiecto instituatur collatio, vi cuius in alia representatione ea deprehenduntur, quae in alia minime insunt aut inueniri possunt. En his superstructam fundationis, distinctionis definitionem realem! *Distinctio s. intuitus discriminis rerum* exortatur ex rerum plurimum in uno eodemque subiecto non vero pluribus existentium representationum collatione ab uno eodemque subiecto non vero pluribus ita instituta, vt eius vi in aliis ea deprehendantur, quae aliis minime insunt, aut in eisdem non inueniuntur.

¶ Plurimum interest ad percipiendam sequentium demonstrationum vim et efficaciam, vt huius definitionis

tionis veritas certa nobis sit et explorata. Quamobrem non abs re futurum esse existimo, si hoc loco ad confirmandam illustrandamque distinctionis naturam quaedam sum prolatus. Attentione ad proprias mentis nostrae mutationes patet 1) rerum non vnius, sed plurium adesse debere representationes, si vnam ab altera discernere volueris. Circulum a quadrato, a triangulo, aliisque figuris nunquam distinctixeris, nisi praeter circulum, tibi alias quoque enumeratas figuras representaueris. Fieri ne poterit, ut id a tua representatione distinctum esse sentias, quod omnino non percipis, mentique tuae nulla ratione praefens exhibetur? 2) Nec minus vero patet, in uno eodemque subiecto rerum discernendarum fieri debere representationem. Fieri ne poterit ut triangulum, quod mente concipis a figura ista, quam Titius sibi representat, diuersum esse intelligas, nisi illa quoque ipsa aut nonnullae eius proprietates similiter ac trianguli idea menti tuae simul exhibeantur? 3) Comparatio etiam s. collatio ad distinctionem requiritur, ab eodem subiecto instituta. Intima id iterum testatur experientia, quae quemlibet nostrum edocet, nos ipsos qui triangulum, quadratum aliasque intuemur et nobis representamus. Figuras, eorum quoque instituere collationem neminem alium. Haec vero collatio ad distinctionem rerum necessaria admodum est. Compraesentia enim representationum in mente sola, licet in eodem prorsus subiecto contingat, rerum distinctionem absoluere non potest. Concipe tibi Titium aliis rebus maximopere intentum esse: Fac eum apertis oculis imaginem intuisci; eorum tamen,

quac

quae ibi exhibentur, differentiam minime animaduertet. Praesentationes earum rerum, quae imaginis insunt, ipsis non denegabimus; deest tamen applicatio virium, deest collatio istarum praesentationum: hinc mirum non est, quod discrimina representatarum rerum nulla animaduertat. Tria ergo ad omnem distinctionem rerum praerequiruntur momenta: 1) Ut adsint plurimum rerum praesentationes, 2) ut sint in uno eodemque subiecto, 3) ut earum collatio in vel ab isto subiecto suscipiatur. Quibus omnibus quartum accedat, quod ipsam maxime absoluit distinctionem, ut vi istius collationis deprehendatur et pateat, alia aliis inesse, i. e. res representatas esse diuersas s. in una, ea inueniri, quae saluis omnibus substituere non licet loco aliorum, quae in altero vel tertio obiecto deprehenduntur. Ex omnibus hisce potissimum duo illa notentur directionis requisita: 1) *Unitas subiecti, in quo* praesentationes rerum discernendarum simul adesse debent, si quando rerum distinctio s. discriminis intuitus in actum est deducendus. Debet sane illa obiectorum externorum multitudo ex ista dispersione in unum colligi et velut radii in centro, in unum quasi punctum quoddam cogi. Quomodo cunque res sepe habeat, ad quam illustrandam nullum a rebus materialibus petitum exemplum satis aptum mihi quidem videtur; eiusdem tamen veritas tam est clara, vt qui negaturus eandem esset, contra sollem obloqui iure esset censendus, eaque cogeretur admittere, quae ab omni ratione sunt aliena. Quod paucis ostendam: Concipiant fibi L. B. Areopagum s. grauissimorum virorum quandam confessum, in quo

quo de Philosophorum v. g. septem antiquae graeciae sapientum symbolis, antea iudicibus istis omnino inauditis, sententia pronuncianda esset, quodnam horum, reliquorum omnium sit optimum. Cogitent porro ingredi oratorem singulorum venerandi collegii membrorum auribus, singulas sententias missitando insuffrarentem. Quilibet sibi repraesentabit, non negamus, aliquam ex septem sapientum sententiis, alter *Thaletis*: cognosce te ipsum, alter *Solonis*: nemo ante obitum beatus; alius aliam cogitabit: nisi tamen unus vel alter iudicium omnes istas sententias ab aliis communicatas accipiat, nunquam nec de horum symbolorum differentia, sententia dici, multo minus pronunciari poterit, quodnam reliquorum omnium sit optimum. Ordinem locumque inter se certies mutent Areopagitae, quantumcunque proprius ad se inuicem accedent, illarum rerum, quas singuli sibi repraesentant, distinctio et diiudicatio neque a singulis neque ab uniuerso concilio atque consensu institui poterit, nisi diuersarum istarum representationum multitudo ad subiectorum reducatur unitatem, ac nisi vel unus vel plures aut singuli sint, qui sibi singulas res discernendas repraesentent. Distinctio ergo rerum in diuersis subiectis fieri non poterit, subiecti unitas per ipsam rei naturam ad discriminis observationem requiritur. II. *Unitas subiecti, a quo representationum instituitur collatio.* Illud nimis ipsum subiectum, eadem illa vis, quae unum cum alio, omnia quoque reliqua inter se confert. Internus animi nostri sensus quemlibet nostrum ea de re manifestissima ratione coniunctit. Quis enim in

editioni

editioni loco, turri v. g. vel excelsiori monte constitutus, dum subiectarum regionum ex ea altitudine contemplatur diuersitatem, ad se ipsum attenus non animaduertit, se, idem illud subiectum, quod Campos limpidissimo flumine irriguos a montana regione distinguit, nemora quoque et sylvas, quas intuetur a villis, rusticorum tuguriis vel armentis, quae in herbidis locis pascuntur, discernere. Conceppe Tibi hominem, cui Alexandri M. et Iulii Caesaris statuae offerantur eum in finem, ut animaduertas in singulis differentias exactissime litteris mandet, ac scripto consignatas Patrono, antiquitatum amanti, exhibeat. Dum facierum inter se confert lineas, dum pectora, dum brachia omnemque vtriusque corporis structuram inter se comparat, ac in quibus rebus a se inuicem differant animaduertit, ipsem experientia omni luce clariori apud se ipsum persentiscet, non esse aliud quid, quod facierum linearimenta, aliud quod reliquorum membrorum diuersitatem contemplatur; sed eandem vim idemque illud ipsum subiectum, quod vnum horum cum alio mente iungit, reliquorum quoque omnium differentias vt scrutari, sic et intueri. Quae cum ita sint, unitas quoque subiecti, quod plurimarum rerum intuetur differentias, extra dubitationis aleam satis superque posita erit. Duplicem hanc in obseruando rerum discrimine unitatem, qui probe obseruat, strati sibi munitamque esse ad mentis nostrae immaterialitatem certissime cognoscendam viam ex sequentibus euidentissima ratione intelliget. Ignoscens L. B. si in explicanda ac illustranda hac distinctionis definitione iusto forsan verbosior ipsis vi-  
dear.

dear. Nunquam enim a quoquam philosophorum haec distinctionis requisita, ut par est fuerunt euoluta. Paucissimi in suis philosophiae systematibus ullam eiusdem tradiderunt definitionem. Qui cunque vero eiusdem fecerunt mentionem generalissima explicatione contenti, de reali eius definitione inuenienda minime fuerunt solliciti. Ex multis vnum inueni PAVLVM VOETIVM I. C. notissimi illius in Cartesianis controversiis Theologi, G ISBERVI VOETII filium, qui in sua *Philosophia Prima reformata*, integro capite de distinctione egit, p. 234. seq. Generalissima vero notione contentus fuit vir eruditus, forsan scopo suo conuenire non ratus, accuratiorem originis omniumque ad distinguendi actum praerequisitorum instituere inquisitionem. Generalis tamen ipsius notio a nostra non dissentit; *Distinctionem enim actum mentis esse docet, quo extrema ut non identificata apprehendit.* Quaecunque vero vel in ipsa generali hac definitione lima indigeant ac obelo, pluribus hoc loco non tangam; cum proprio marte eadem detegere possit, quicunque ad regulas Logicae attentus, definitionem perpendere curatius voluerit.

§. IV. et a se distinguit  
Materiae, rerunsque materialium et immaterialium;  
nec non composti definitiones.

Explicata iam cogitationum nostrorum interna indole, inquisituris, quodnam verum ac genuinum harum cogitationum

tionum sit subiectum, in quo contingant et a quo suscipiantur, et praesertim, num a materia quoque, quippe quae plerumque rerum in sensus incurrentium subiectum esse deprehenditur, cogitationes proficiisci possint, an vero prorsus ab alio diuersoque ente sint deriuandae; materiae notio hoc loco potissimum euolenda nostraeque demonstrationi praestruenda erit. *Materiae* vero nomine partium, ex quibus composita constant, quae in mundo existunt, multitudo s. aggregatum mihi venit. *Compositum* vero dico vnum, quod ex partibus constat realibus s. extra se inuicem positis. Ex dictis facile ratione intelligi potest, quid *materiale*, quid *immateriale* sit dicendum. *Materiale* nimirum erit, quocunque materia ex partibus constat a se inuicem vere distinctis s. extra se inuicem existentibus; quicquid vero eiusmodi partibus omnino caret, *immateriale* s. *Ens simplex naturaeque individuae* appellare solemus.

Id, ex

Id, ex quo composita constant s. quae in eisdem determinantur, materiae nomine tantum non omnes insignire solent. Sic aurum dicimus aureae paterae materiam, cum hoc compositi artificii genus ex auro constet; materiam domus lapides et ligna constituunt, quia ex iisdem rebus aedificia exstruuntur. Est tamen definitio nostra tantummodo nominalis, et adeo generalis, ut ad coelestem aethereamque etiam materiam possit applicari; id quod eo magis nobis obseruandum fuit, quia Materialistae saepenumero vociferare solent, nos qui mentes incorporeas defendimus, controversiae mutare statum, ac cum crassioris illius ac terrenae materiae, quae in his sublunaribus visu nostro obuersatur, naturae, cogitationem minime conuenire deprehendamus, minus licita consequentia cogere, quod idem de subtilissima illa aetherea valeat, quam corpori infusam, mentem constituere ipsi quidem tuentur. Cuiuscunque vero subtilitatis ac naturae sit materia, nostram tamen definitionem non effugiet: sine multitudine enim partium nullam dari posse materiam vel ipsimet concedent materialistae; si minus, ludent vocabulo, ac in vocabulis a nobis discrepantes, nobiscum in constituendis naturis incorporeis ac simplicibus consentient. Ex dictis faciliter quoque ratione intelligent rerum periti, cur de communi illa inertiae vi, curus mentionem illustris WOLFIVS<sup>1)</sup>) aliique in suis materiae definitionibus iniiciunt, altum in nostra silentium. Non negamus dari aliquid in cognitis nobis naturis corporeis, ea-

Q

rundem-

1) Cosmolog. Lat. §. 141.

xundemque materia, vi cuius motui resistunt, id quod sagacissimus KEPLERVS et qui eum sequitur, illustr. LEIBNITIVS viii in *inertiae s. passuum* dixerunt: noluimus tamen non exigente necessitate consuetis materialistarum obiectionibus ianuam aperire ac controversiae ansam praebere, annon incognitae quaedam vel dari possint, vel dentur res corporeae vel materiales, quae his inertiae viribus carerant. Minimum in subsequentibus patebit, demonstrationi nostrae primariae, vi cuius euincimus materiam ad cogitandum omnino esse incapacem, nihil decidere roboris, siue quis inertiae viribus eam praeditam esse concesserit, siue negauerit; modo materiam partibus constare pluribus a se in uicem distinctis, non vocauerit in dubium: id quod, quantum ego quidem noui, nemo huc usque fecit materialium animarum patronus. Iubent vero Philosophiae rationalis praecepta in refutandis aliorum erroribus eo cumprimis dispiciendum esse, ut in ipso disceptationis limine dissentientes in terminis conueniant.

### §. V.

*Substantiae, accidentis et subiecti definitiones.*

*Substantia* est subiectum perdurable et modificabile vel, si maius, est Ens, quod non est in alio tanquam in subiecto s. eum in modum ut ab eodem separatum amplius existere non possit. *Accidens* ve-

ro dicitur, quod modicabile non est, aut accuratius, quod in alio ut in subiecto existit i. e. ab eodem separatum existere omnino non valet. *Subiectum* vero, cuius hoc loco iniecumus mentionem, dicitur Ens, quatenus consideratur, ut habens essentiam et praeterea aliorum est capax. Cel. LEIBNITII substantiae definitio, quod sit Ens vi agendi praeditum cum Cel. WOLFFII et nostra conciliari haud difficulter potest. Euoluta sic substantiae notione omni luce clarius patebit, (si quis conferre materiae traditam §. IV. definitionem cum ea, quam de substantiis vulgato loquendi usui conformem suppeditauimus, non dignabitur,) materiam esse substantiarum, adeoque et subiectorum plurium aggregatum. Cum enim singulae eiusdem partes a se inuisum realiter sint distinctae ac extra se inuisum existant, non vero in aliis, tanquam in subiectis; quin substantiarum titulum omnes ac singulae materiae partes mereantur, ac ipsa materia aggregatum ac

multitudo plurium substantiarum iure  
meritoque sit nuncupanda, dubio omni  
carebit.

Plurimae sunt ac diuersissimi generis, quas erudi-  
ti de substantiis hinc inde in suis Philosophiae sy-  
stematisbus suppeditarunt ac in lucem protulerunt,  
definitiones. Scholaftici substantiam id esse dixe-  
runt, *quod substantia accidentibus*, sed ad etymologi-  
cam vocis originem magis, quam ad internam re-  
rum indolem attenti fuisse videntur. Sunt, qui eam  
per *Essentiam existentem*; sunt alii, qui per *Ens, quod in se vel per se existit* definiunt.<sup>m)</sup> In rebus ipsis satis  
conueniunt Viri erudit, harum definitionum au-  
ctores, modo rite intelligantur, licet externa verbo-  
rum specie toto coelo videantur esse diuersi. Se-  
legimus ex magno eiusmodi definitionum numero  
praestruendam nostrae demonstrationi illustr. WOLF-  
FII definitionem, qui *substantiam subiectum per-*  
*durable et modificabile* dicit. Adiunxi tamen ei-  
dem antiquam aliam, sed paulo emendatiorem; quae  
licet negativa sit, tamen insigni suo visu non caret.  
Vix enim est vlla definitio, cuius characteres ea-  
rum rerum, quae de substantiis dici possunt, de-  
monstraciones tantopere facilitent. Fac enim v.g.  
disquisitionem institui, num figura, substantia sit  
dicenda; sine negotio patet, figuram separatim abs-  
que subiecto corpore existere non posse, adeoque  
haud difficulter intelligi poterit, eam, vi definitio-  
nis,

m) Conf. CHAVVINI *Lexicon rationale & Thesaurus Philosophicus*, Roterod. ed. 1692. sub voce *substantia*.

nis, non esse substantiam. Et sic et in aliis casibus longe faciliori ratione, num quid substantia, an accidentis dicendum sit, quam ex aliis, quantum quidem video, definitionibus patebit. Quo vero eo melius duae hae definitiones possint intelligi ac subsequentes demonstrationes eo curatius percipi, comitem iisdem dedi vocis *subjecti* explicationem. Vfus quidem sum eadem in antecedentibus, partim clara vocis notione contentus, partim Lectores supponens terminorum Philosophicorum non omnino ignaros: cum tamen mox in demonstratione eiusdem fieri debeat mentio, superuacaneam non esse futuram eiusdem definitionis factam hoc loco allegationem, non sine ratione existimabam. *Leibnitiana*<sup>n)</sup> substantiae definitio, elegans satis et vnu ple- na, vberiorem quidem nobis dicendi materiam praebet; ast breuitatis studiofi, Lect. B. ad ea potius ablegamus expendenda, quae de consensu eiusdem cum definitione ista, quam primo suppeditauimus loco, partim Illustr. WOLFFIUS *Ontol. Lat.* §.771. not. §.776. 794. not. sequ. differit; praesertim vero, quae Cel. CANZIVS in *Ontol. Polemica* §. 142. euicit. Inutilis quidem eruditorum virorum tam varius labor in indaganda ac limanda substantiae definitione posset videri rerum non satis perito; ast aliter sentiet, qui grauissimos errores, imo pestilentialissimum etiam SPINOZAE, Atheorum facile principis, sistema falsae substantiae definitioni originem debere, ipsa inspectione librorum obscuri hominis, et ex eruditorum virorum, qui fundamenta

Q 3

erro-

n) De eadem conf. Acta Erud. Lat. A. 1694. p. III.

errorum Spinozianorum detecta euerterunt, obseruationibus et animaduersationibus intelliget. Substantiam Spinoza dicit id esse, cuius conceptus non indiget conceptu alterius rei a quo formari debeat. Atque exinde colligit: *Vnicam tantum dari substantiam, Deum et mundum esse unum idemque.* Conf. *Spinozae Ethica* Part. I. Op. Posth. Quid monstri in definitione lateat illustris *WOLFFIVS* Theol. Nat. Part. II. pag. 687. et Cel. *GOTTSCHEDIVS*, nostras, in variis programmatibus satis superque euicerunt. Alterum, quod Sphus noster L. B. perpendendum exhibit, indolem materiae curatius commonstrat. Materia substantiatum merito vel aggregatum substantiarum potius, quam substantia dicitur; id quod de corpore pridem obseruauit illustr. *LEIBNITIVS*.<sup>o)</sup> Constat enim ex pluribus suo peculiari loco ab aliis seiuectis rebus et substantiis, ac ex compositione variorum principiorum sua vi actiua ac inertiae praeditorum consistit. Abstineo tamen a re tam euidenti vberius illustranda, cum ab ipsis materialistis assertum nostrum minime in dubium vocari obseruauerim.

### §. VI.

*Materia cogitare nequit.*

*Materia cogitare nequit.* Quicquid enim cogitat, id cum sui, tum aliarum rerum sibi conscientiam esse debet (§. I.) Haec vero sui ipsius et rerum aliarum

con-

<sup>o)</sup> Act. Erud. Lat. 1694. p. 112.

conscientia intuitum discriminis rerum ac  
distinguendi actum inuoluit et sine eodem  
contingere ac suscipi omnino non  
potest. (§. II.) Est vero ille intuitus  
discriminis rerum, subiecti vnius opus,  
non vero plurium ac multorum; cum  
partim requirat, ut rerum discernenda  
rum representationes in uno subiecto  
contingant, partim ut earundem collatio  
ab uno eodemque agente subiecto vel ab eodem principio ac vi actrice  
suscipiatur. (§. III.) Cum igitur materia  
non sit, nisi aggregatum plurium substantiarum ac subiectorum ac ex pluribus  
eiusmodi rebus constet, quae suis viribus  
sunt insignes (§. IV.) nihil erit euidentius  
quam intuitum discriminis rerum, adeoque  
et cogitationem materiae, qua talis,  
opus non esse, nec ab eadem profici  
posse. Iure ergo meritoque materiam  
ad cogitandum prorsus incapacem esse af  
ferimus. Q.E.D.

Illustrabimus dicta paulo specialius: Concipiamus nobis materiam cōgitantem et e. g. celebrem

Q 4

Colos-

Colossum Rhodium, qui magnis illis septem mirabilibus mundi accensetur, sibi repraesentantem. Si composito cuiquam, si materiae, quantumvis subtili, integrae, monstrosi huius artificii adscribenda repraesentatio, quaelibet eiusdem pars ad huius molis repraesentamen aliquid conferet. Alia itaque eius parte, monstruae magnitudinis caput delineabitur; alia pectoris truncique molem exhibebit, alia crura immani interuallo in portum distenta sibi repraesentabit, sub quibus ingentis magnitudinis nauigia expansis velis plenissimo cursu in portum ferri consueuere; erit, in qua brachium depingetur, accensio ignes, facem nauigantibus praebentes, nubibus fere iungens; alia vero alias reliquasque huius mirandae statuae partes exhibebit, quemadmodum in imaginibus aut in ipso oculi fundo, dum obiecta delineantur externa, fieri solet. In omnibus hisce casibus repraesentationes a variis ac sua præditis subsistentia materiae particulis sustinebuntur, variisque inhaerebunt principiis substancialibus, non vero in uno proprio subiecto contingent. Pergamus vltius: Fac quamlibet materiae partem aliquod istius admirandi Rhodiorum artificii sibi repraesentare membrum, si conscientia sibi eiusdem, si cogitatione praedita materia supponitur, quis instituet membrorum collationem? Ponamus, quod concedi tamen non potest, quamlibet minutissimam partem, illius membra, quod delineat, sibi esse conscientiam, ista tamen particulari, diuisaque conscientia rei impossibilitas eo magis elucescat. Etenim plura sic erunt principia activa, plures substantiae, a quibus tamen simplex illud distinctionis negotium per-

agi

agi omnino non poterit, quippe quod vnam eandemque vim, vnum itemque subiectum requirit. Hoc loco Areopagitas supra memoratos velim iterum in subsidium voces. Quemadmodum illi tacita sua, sed diuisa tamen Symbolorum illorum cogitatione, quibus septem sapientes graeciae antiquae insignes fuerunt, differentiam eorundem intueri nulla ratione poterant, sic et illud particulatum materiae aggregatum, si etiam singulas partes cogitare de partibus obiecti concederemus, totum cogitans, id est, differentiae plurium istarum rerum, adeoque ens earundem ipsarum sibi conscientum, nunquam constituere poterit. Non enim bellico tumultui, ac clamori vociferantium confuso aut harmoniae musicae similis est mentis cogitatio, ut plurium agentium viribus suscipi possit: individuum, vnumque sit oportet, quod cogitat, ac rerum diuersarum discrimina ita in vnum colligat, ut intueri earundem possit diuersitatem. Posset idem quoque, quod ex conscientia rerum aliarum euicimus, sc. materiae ad cogitandum impotentia, ex sui ipsius conscientia plurimum stabiliri; sed haec uestigio simili methodo, qua nos vsi sumus, facile detectenda, L. B. propriae meditationi relinquimus praesertim, cum ignotum nobis minime sit, non tam argumentorum multitudine, quam pondere gigni certitudinem. Argumentum sit modo validum; et vnum sufficiet, praestabitque copiae aliorum, quibus specie quidem aliquid, virium parum ineft. In pugnis litterariis idem vsu venit, quod in bellicis, ut parua manus exercitatorum militum ut plurimum victoriæ eripiat immensæ imbellium multitudini. Ex-

pertus ad Thermopylas est *Xerxes*, in Campis Marathoniis *Darius*, quantum differat exiguum etiam exercitus, a turba licet innumerabili. Non tamen spernimus omnino argumentorum, modo neruis non careant, copiam. Adeant, qui multas simul cupiunt percipere huius veritatis rationes Cel. C A N Z I V M tract. de *Immortalitate animae* p. 20. quae tamen singulae a nostris sunt diuersae. Adeant, qui celebrissimum nosse cupiunt argumentum, illustrem W O L F F I V M *Metaph. Germ. et Psych. Rat.* §. 44. ex eo, capite materiae ac composito cogitandi potentiam denegantem, quia omnia quae in composito contingunt vel ab eodem proficiunt possunt, non nisi per motum fiant. Haud absimili ante eum argumento usus est perspicacissimus Mr. A B B A D I E tract. de la verité de la Religion Chretienne Tom. I. p. 150. et D I T T O N in appendice tract. de V. R. C. ex *Resurrectione Iesu Christi* p. 636. ab Illustr. W O L F F I O autem multo distinctius i. e. suo more postmodum idem est expositum. Sequuta est virum magnum, agmine facto, ingens aliorum eruditorum multitudo, et ex instituto etiam Ven. R E I N B E C K I V S, iam coelitus adscriptus in tractatu supra allegato. Cur ergo, forsan quis, qui requirat, erit, cur a trita ista via recedis? Cur multiplicare argumenta allaboras, cum non multitudinis, sed ponderis eorundem sis aestimator? Dicam rationem ingenue: dicere enim in republica eruditorum, (quae non est nisi democratica,) cuilibet cui licet sententiam, salvo tamen intelligentium iudicio. Non nullis adhuc dum difficultatibus impeditum videbatur argumentum alias insigne ac quantouis pretio  
aesti-

aestimandum; obiectionibus enim est expositum, vix aliis rationibus, nisi iis, quibus nostrum nititur argumentum, refellendis. Fieri enim facili negotio poterit, ut Materialistarum patronus aliquis ex ipsa Illustr. LEIBNITII de perceptione monadum doctrina arma petat, quibus oppugnare argumenti vulgati vim non sine quadam specie pos-  
fit. Omnia, inquiet, quae a composito proficisci possunt, non nisi motu peragi, dicuntur, nihilque virium in corpore, praeterquam motricium in eodem inueniri defenditur; ast nonne vel ipse Illustr. LEIBNITIVS minutissimorum corporum particulis vim tribuit perceptuam, quae a motrice diuerfa ac per motum explicari non poterit. Quid si a coniunctis istis monadum in corpore perceptiis viribus cogitationes producantur? Fallit ergo, colliget, argumentum, quod omnia a vi motrice in corporibus peragi supponit. Fatemur, perget, LEIBNITIVM cogitationes s. adperceptiones non tribuisse corporum monadibus s. minutissimis partibus; ast facilis forsan est a perceptione ad adperceptionem transitus; Ex compositione perceptio-  
num orietur adperceptio s. cogitatio, vel erit mi-  
nimum effectus plurium virium percipientium. Nisi itaque hoc loco quis ostendat, cogitationem esse vnius eiusdemque subiecti ac substantiae opus, id quod ex nostro arguento clarum est, aduersarii pertinaciam vix expugnabit. Facilis vero ex nostro arguento ad petitas ex Leibnitiano dogmate obiectiones est responsio. Ponamus, singulas materiae monades, s. simplicissimas partes percipiendi vel repraesentandi viribus esse praeditas. Materia  
tamen

tamen ipsa erit plurium subiectorum viriumque percipientium aggregatum; cumque omnis virium qualitatemcunque compositio, omnis subiectorum multitudo cogitationi repugnet, ut demonstrauimus; nihil sane ab ista obiectione asserto nostro de materiae ad cogitandum impotentia metuendum erit periculi. Quae cum ita sint, nemo prudens vitio mihi vertet, quod rei tanti momenti, quanti mentis est immaterialitas tantum lucis affusurus, quantum pro ingenii modulo fieri vñquam potuit, tritam semitam hic relinquendam censuerim; praesertim cum, quantum ego quidem noueram, a nemine ex ipsis rerum notionibus, quod dilucidaui argumentum, vñquam sit pro rei dignitate euolutum. Indice digito quidem in individui cogitantis vnitate immaterialitatis animae rationem, quaerendam esse indicauit illustr. BIFFINGERVS p. 258. *Dilucid.* *Philosoph.*, sed subdubitanter loquitur Vir acutissimus: *Posses etiam attendere, annon idem, sc. quod compositum cogitare non possit, sequatur ex vnitate individui sibi concisci, l. c. Euolui rerum notiones, nihil mihi hac in parte reliqui est dubitationis. Euoluta consignataque iam demonstratione mea incidi in B A Y L I V M, qui nostris non omnino dissimilia, non quidem ex primis notionibus euoluta, (quorum vim adeoque nec ipse percepit, vt ex iis, quae ad S. sequ. obseruabimus, patebit,) eleganter tamen suo more proponit.* En verba Viri Celeberrimi! obiectionem dicit se propositurum superari nesciam, contra eos, qui materiam cogitare posse censem: *Cette objection, (ita pergit,) est fondée sur l' unité proprement dite, qui doit convenir aux être pensans;*

sans; car si une substance , qui pense n' etoit une , que de la maniere , qu'un globe est un , elle ne verroit jamais tout un arbre ; elle ne sentiroit jamais la douleur , qu'un coup de baton excite . Voici un moyen de convaincre de cela . Considerez la figure des quatre parties du monde sur un globe , vous ne verrez dans ce globe , quoi que ce soit , qui contienne toute l' Asie , ni meme toute une riviere . L' Endroit , qui represente la Perse , n'est point le mème que celui , qui represente le Royaume de Siam et vous distinguez un cotè droit et un cotè gauche dans l' endroit , qui represente l' Euphrate . Il s'ensuit de là , que si ce globe etoit capable de connoître les figures dont on l' a orné , il ne contiendroit rien , qui pût dire , je connois toute l' Europe , toute la France , toute la ville d' Amsterdam , toute la Vistule ; chaque partie du globe pourroit seulement connoître la portion de la figure , qui lui echeroit ; et comme cette portion seroit si petite , qu'elle ne representeroit aucun lieu en son entier , il seroit absolument inutile , que le globe fût capable de connoître ; il ne resalteroit de cette capacité aucun acte de connoissance , et pour le moins , ce seroient des actes de connoissance fort differens de ceux , que nous toujours experimentons , car ils nous representent tout un objet , tout un arbre , tout un cheval , etc. preuve evidente , que le sujet affecté de toute l' image de ces objets n'est point divisible en plusieurs parties et per consequent que l' homme entant , qu'il pense n'est point corporel , ou un composé de plusieurs etres . S' il etoit tel , il seroit tres impatible aux coups de baton , vu que la douleur se diviseroit en autant de parti-

*particules, qu'il y en a des organes frappez, or ces organes contiennent une infinité de particules; et ainsi la portion de la douleur, qui conviendroit à chaque partie, seroit si petite, qu'on ne la sentiroit pas.* Conf. l.c. art. LEV CIPPE p. 1805. *Effugia, quibus huius obiectionis vim eludere voluit Mr. B A Y L E, frustranea erunt, euolutis, ut in argu- mento nostro fecimus, cogitandi distinguendique notionibus; respondebimus tamen ad eadem in Spho- sequenti.*

### §. VII.

*Idem alia ratione demonstratur.*

Poterit ex iisdem fundamentis mate- riae ad cogitandum impotentia contra eos, qui illustr. LE IBN ITII doctrina de monadibus minus recte intellecta ad sta- biliendum materialismi perniciosissimum errorem forsan abuti vellent, sequenti etiam ratione demonstrari :

Si cogitandi vis, adeoque et intuitus discriminis rerum, monadum s. indiui- duarum ac simplicissimarum materiae partium viribus originem deberet, s. ab iisdem deriuandus esset; ex tribus vnum statuendum erit: 1) vel *vnam tantum- modo*

modo individuam materiae partem, unam monadem in quadam materiae mole cogitandi virtute esse praeditam, aut 2) *singulas* seorsim aptas esse, quae cogitationes suscipiant, sive sibi, rerumque aliarum sunt conscientiae, aut denique 3) *singulas* pluresue monades *coniunctim*, cogitationes *unitis viribus* producere, licet seorsim ad cogitandum sint omnes ineptae, i.e. supponendum erit, cogitationem vel sui aliarumque rerum conscientiam plurium omniumue materiae monadum s. simplicium *coniunctis viribus agentium* esse compositum aliquod opus. Quocunque vero harum rerum assumeris, actum erit de rerum materialium cogitationibus. Sit *primum*: Si una monas, si una tantummodo materiae, ut putas, particula, cogitandi virtute insignis erit; obtinui propositum. Id quod in materia cogitat, erit ens individuae naturae; non erit partium aggregatum; non erit materia (§. IV.); imo a reliquis materiae particulis, utpote ista cōgitan-

gitandi virtute destitutis, maximopere  
discrepabit. Paucis, in eo casu erit qui-  
dem aliquid in materia s. habitabit in ea-  
dem, quod cogitabit, nequaquam vero  
ipsa materia cogitandi vi praedita dicen-  
da erit. Ponamus alterum casum: Sint  
*singulae* materiae partes indiuiduae, sin-  
gulae monades seorsim instructae sui  
ipsarummet rerumque aliarum conscienc-  
tia ac cogitandi potentia; neque tum ipsi  
materiae adscribi poterit sine summa ab-  
surditate cogitatio. Vnum enim idem  
que subiectum, idem agendi principium,  
ac actiua vis requiritur, si ens aliquod  
se a rebus, res vero alias a se inuicem  
discernere, (§. III.) adeoque et sui ipsius  
aliarumque rerum conscientia (§. II.) in-  
structum esse supponitur. Si vero sin-  
gulae etiam partes cogitarent, cum ta-  
men totum compositum, integra mate-  
riae cuiusdam moles, non sit vna vis,  
nec vnum subiectum (§. IV.); non po-  
terit se praesertim a rebus aliis distingue-  
re; adeoque nec sui esse conscia, nec  
cogita-

cogitare poterit. (§. I.)<sup>p)</sup> Tertio de-  
nique neque a coniunctis singularum vel  
plurium monadum s. materiae simpli-  
cissimarum partium viribus cogitatio  
proficiisci potest, quia unitatem subiecti  
in quo contingit et virium, a quo susci-  
piatur ut distinguendi actus (§. III.); sic  
et cogitatio omnis (§. I. II.) requirit.  
Quomodo cunque igitur res concipiatur;  
in nullo tamen casu fieri poterit, ut ma-  
teriae adscribi possit cogitandi potentia.  
Denuo ergo nec sine grauiissima ratione  
ex dictis cogimus: *Materiam, qualis-  
cunque etiam fuerit subtilitatis, ad cogitan-  
dum tamen plane esse ineptam.* Q.E.D.

Satis virium, nisi me omnia fallunt, habebit id  
quod in praesenti paragrapho protuli argumentum,  
modo rite expendatur, ad prosternendas subsidiarias  
etiam materialistarum copias, quibus in rem suam

vti

p). Materiae partes in hoc casu vel unum idemque co-  
gitabunt vel diuersa: Si unum idemque; plures erunt,  
praesertim si applicatio fiat ad nos ipsos, in nobis  
animae cogitantes et virum idemque repraesentan-  
tes, quod absolum; Si diuersa, nihil erit, quod  
omnia ista sibi inuicem conferat et distinguat, ad quod  
unum requiritur subiectum. (§. III.)

R

vti nostro tempore possent, immo etiam quodammodo sunt vni. Non erit itaque, cur amplius BAYLIVM extimescamus, huic hominum generi noua arma suppeditantem, qui eam demum optimam emendandi materialismum rationem esse censet, si quis, non amplius cum LEVCIPPO et EPICVRO statuat, materiam cogitantem ex atomis constare figura solummodo motuque praeditis, vita vero omni destitutis; verum potius cuilibet harum atomorum sensum tribuat et cogitationem; eum enim in modum ex eiusmodi atomorum congerie cogitationem haud incongrue posse deriuari. En verba BAYLII l. c. art. Leucippe p. 1805 : *Je me fais souvent étonné de ce, que Leucippe et tous ceux, qui ont marché sur ses traces n'ont point dit, que chaque atome étoit animé.* *Cette supposition les eut tiré d'une partie de leurs embarras.* Et not. E. subiecta afferit, quod hac ratione effugere potuissent vim ac aciem illius argumenti, quo ipsos impugnauerat PLUTARCHVS libr. aduersus Colotem p. 1111. et GALENVS lib. de Const. Art. c. 4. de Elem. 3. et 4. qui ex rerum sensu destitutarum combinacione sentiendi vim aut ens aliquo sensu instructum oriri non posse euicerant. Mox vero subiungit : *Mais si chaque atome avoit une ame et du sentiment en comprendroit, que les assemblages d'atomes pourroient étre un composé susceptible de certaines modifications particulières tant à l'égard des sensations et des connaissances qu'à l'égard du mouvement.* Vere in hanc a Baylio adhibitam materialismi mendlam accidit vulgatum illud : non est in medico, semper relevetur ut aeger ; his mediis enim secta

illa noctis coecae filia nunquam conualescet, imo vero mihi quoque admodum mirum videtur, qui factum sit, ut virum bonum tam facile obliuio cernerit eorum, quae ipsemet sive ex Mr. LAMY traité de connoissance de soi même, quem citat, vel ex proprio ingenio de unitate subiecti cogitantis protulerat in medium. Quodsi enim concedamus singula cogitare, num ideo totum poterit sui esse consicum? num omnes has cogitationes colligere ac secum inuicem una eademque vi conferre poterit? cum materia non una vis sit vel substantia, sed plurium potius congeries atque farrago? Si etiam reuiuisceret illa *discurrentium & sermocinantium* secta inter Arabes Philosophica, Mosi MAIMONIDI commemorata in *Moreb Neuchim* l. doctore perplexorum p. 150. et Materialismi patrocinum ad suas sentientes atomos prouocare vellet, his, non dubito, armis facili negotio possit profligari. Refert vero de iisdem MAIMONIDES cit. BAYLIO l.c. de iisdem sequentia: *Vita ex ipsorum sententia existit in una quaque particula corporis viventis. Ita dicunt quamlibet particulam animantis sensu praediti esse sensibilem etc.* Licet vero ex nostris argumentis facilis sit ad talia responsio; vulgatae tamen a motu petitae demonstrationi plus negotii facesset. Hinc ansam nobis, semitam illam tritam relinquendi suppeditarunt hae, atque his similes obiectiones aliae; neque idcirco nos Lect. B. censuram promeritos esse credimus, cum in rebus tanti momenti pro ingenii modulō clarissima sectari ac proponere argumenta, individuum menti naturam rite vindicaturi officium exigit.

gere videbatur. Cum vero sint, qui nihil rectum putant, quam cui a venerabili antiquitate accedit commendatio, eiusdemque testimoniis vel ex parte potest muniri, in eorum gratiam notabilem quendam locum ex PLOTINO, celebri et antiquo inter Platonicos Philosopho, qui a nonnullis, rediuius PLATO, nuncupatus est, subiungam, qui similes refutaturus aduersarios, quodammodo gemina nostris protulit; sed pro genio et more seculi non satis euoluta. En verba Philosophi:

*Kαὶ οἱ γε δοκεῖ εἶναι σοιχῆσα τὰ των, ἐτερα σωμάτων  
& ψυχαὶ εἰλεχθηταν εἶναι, γέδε ζῶντας εχοντα. Εἰ δὲ  
μηδένος αὐτῶν ζῶντας εχοντος, η συνοδος πεποιηκε ζῶ-  
ντν, αὐτοπον. Εἰ δὲ ἑκαστον ζῶντας εχοι, καὶ ἐν αρκει.  
μᾶλλον δὲ αδύνατον συμφορησιν σωμάτων ζῶντων ερ-  
γαζεθαι καὶ γεννᾶν τὰ ανοίγα: Tum vero, qui-  
cunque praeterea elementa quaeruntur horum introduxe-  
runt, alia corpora, et tamen esse animas non dixerunt,  
neque vitam eis attribuerunt. Si quis autem dixerit  
nullo eorum vitam habente, congressum tamen cuncto-  
rum vitam constituisse, absurdum loquitur. Item si  
vnum quodque vitam habet, iam vnum sufficit. Omni-  
no vero impossibile est, confluentiam corporum vitam  
facere et quae intellectu carent, intellectum constitue-  
re. Ennead. IV. Lib. 7. c. 11. p. m. 457; et p.  
461. uberiorius per varios casus, tria vero potissi-  
mum partitione suo more ostendit, quod sensus et  
cogitatio materiae non competit, licet nonnunquam  
in uno vel altero casu rationibus id faciat, quas ma-  
gni ponderis esse, ego non dixerim. Videtur Ce-  
leb. huius Platonici vestigia pressisse doctissimus An-  
glus, Henricus MORVS in *Enskiridio Metaphysico**

p. 327. tria itidem partitione non dissimili materialismum redarguens; nec non ANTONIVS LE GRAND, magnum inter Cartesianos nomen consequutus; eruditus quoque CANZIVS de *Civitate Dei* p. 120. aliquique partitam quoque eiusmodi demonstrandi rationem, licet diuersis modis inflexam, amplexi sunt. Habes L. B. itaque duplicitis generis, ex eodem tamen capite deductam, illustratamque demonstrationem de omnimoda materiae ad cogitandum impotentia: nihil amplius supereft ad summam ac omnimodam asserti nostri evidentiam, quam ut paucis adhuc ostendam, neque in ipsa Numinis O. M. infinita potentia quidquam deprehendi, quod materialistarum gregi patrocinari possit.

### §. IIX.

*Materiae ad cogitandum impotentia est absoluta,  
nec diuinis viribus mutabilis.*

Ex iis, quae demonstrauimus facillimo negotio conficitur: I.) hanc materiae *ad cogitandum impotentiam*, quam modo euicimus, non esse aliquid in eadem *adscititia*, sed tam arcte cum eiusdem *essentia* coniunctam, ut separari nulla ratione posset, vel, si mauis, non modo impossibile esse, ut materia cogitet, sed hanc impossibilitatem summam quoque esse et absolutam. Quicquid primo ac essentiali rei cuiusdam

conceptui repugnat , illud absolute impossible esse dicimus . ( per Princip. Ontol.) Sed cogitatio ipsi primo ac essentiali materiae conceptui maximopere aduersatur ; vnitatem etiam propriam et absolutam exigit , cum materiae essentia multitudine constituatur ( per demonstr.) : quin ergo absolute contradictorium et impossibile sit , materiam cogitandi virtute praeditam concipere , luce meridiana clarius patet . Deinde quoque II.) ex dictis id non minus cogi potest : *Eam esse materiae ad cogitandum ineptitudinem , ut ad instituendam rerum sive ipsius distinctionem ac cognitionem quamcunque , ne quidem diuina ac infinita supremi Numinis omnipotentia possit adaptari.* Est enim infinita Numinis O.M. potentia , facultas ea omnia suscipiendi , quae fieri possunt scilicet absolute non sunt impossibilia , nullamque in suo conceptu inuoluunt contradictionem ( §. 347. Theol. Nat. wolff.) Cum vero modo demonstratum sit , absolute esse impossibi-

possibile, ut materia cogitet; sequitur, ne quidem per diuinam omnipotentiam, materiae cogitandi potentiam posse conferri. Q. E. D.

Frustra igitur ex infinita Dei O. M. potentia malae causae suae praesidia petunt materialistæ, præsertim recentiores, qui sicubi se in angustias evidenter eorum, qui materiam cogitationis incapacem defendunt, redactos sentiunt, ad incomprehensibilem Dei potentiam tanquam ad sacram anchoram confugint. Nobis quidem, inquiunt, difficile intellectu, quomodo materia cogitare possit; ast notum est, Deum plura posse, quam quae finita mentis potentia cogitatione potest complecti. Quid ergo opus est, entia multiplicare; forsitan Deus omnipotenti vi materiae cogitandi largietur virtutem, cuius alias incapax mansisset. Speciem haec quandam pietatis, animique erga Deum reuerentis habere videntur, sed probe dispiciendū, ne sub herba anguis lateat. Est ea nonnunquam profanorum hominum astutia, ut dum euertere sacra omnia occulte moliuntur, speciosis verbis Numinis O. M. maiestatem extollant. Quis HOB BES I V M nescit, incomprehensibilem infinitamque Dei essentiam eum in finem mirifice praedicasse, quo omnem fere diuini cultus, officiorumque Deo debitorum rationem e medio tolleret, ac nihil fere praeter nuda diuinitatis nomina relinquēret. Similes artes et hodie exercent, qui simili impietate in sacra omnia si non palam, tamen occulte grassantur. Extollunt

diuinam omnipotentiam, sicubi id e re sua esse estimant, cum, in aliis rebus ad eandem religiose ac secundum rationis praecepta prouocantes, false vel potius insulse rideant. Detrahenda igitur his hominibus adscititia larua, ne ingenuis animis vterius imponant, et fucum faciant incautis. Facili vero negotio euinci potest, salua ea, quam adoranda Numinis maiestati debemus, reuerentia nos hoc loco tueri posse, quod materiam ad cogitandum non possit reddere aptam ac idoneam. Eiuscta enim ex ipsis rerum notionibus absoluta materiae ad cogitandum impotentia, ad diuinam configere omnipotentiam, vt eius vi contrarium obtineamus, hoc sane esset, Numen supremum sibi ipsi inimicum fingere ac contrarium. Quae enim vere impossibilia sunt, diuinus intellectus vt talia sibi repraesentat, quae fieri nulla ratione possunt, sed se ipsa destruunt: si vero eadem omnipotentia Dei vel produceret actu, vel producere tantummodo posset, dissentiret ab intellectu; imo diuina intelligentia rebus ipsis non exesse responderet; quod quam absconum sit cogitatu, ac diuina maiestate indignum, per se patet. Tantum igitur abest, vt minus reuerenter de Dei O. M. maiestate sentiant, qui negant, materialistas iure prouocare posse ad diuinam omnipotentiam, materiae ad cogitandum incapaci cogitandi vim collaturam; vt potius illi minus consonam infinitis Dei O. M. perfectionibus opinionem defendant, qui hoc in capite materialistis accedunt. Nemo igitur hoc loco **LOCKII**, <sup>158</sup> q) aliorumque virorum eruditorum,

q) Erud. **LOCKIUS** tract. de *Intellectu humano* p. 270.  
inci-

torum, qui simili sententia frigidam suffuderint materialistis, nobis obiciat autoritates. Ea enim, quae euicimus, demonstrant quantumcumque animo id non malo adseruerint, tamen ut eorum vestigia sequamur, eosdem minime mereri; cum sententiam tuerantur pia quidem specie sese commendantem, re vera tamen in Deum O. M. iniuriam. Neque vero etiam absolutam, quam in cogitante materia adesse demonstrauimus, contradictionem perspexisse videntur viri, quos ob merita reliqua maximi facio; cum Deum posse absolute contradictoria facere, expressis verbis nunquam fateantur. Ne vero aliquam hoc loco materialistis cauillandi relinquamus materiam, probe obseruandum: nos non negare Deum O. M. materiae mentem iungere posse cogi-

R 5

tandi

incidenter dixerat: *I see no contradiction in it, that the first eternal thinking Being or omnipotent spirit, should, if he pleased, give of a certain systems of created senseless matter put together, as he thinks fit, some degrees of Sense, Perception, and Thought.* Id quidem contradictorium esse dicit V. C., ut materia a se cogitationem habere possit, ast ut eadem ipsa a Deo accedat, contradictionem inuoluere nullam existimat: ut potissimum ex verbis proxime sequentibus patet. Non igitur sine ratione colligo, erud. LOCKIO absolutam materiae ad cogitandum impotentiam minime fuisse perspectam; sed V. C. dum rem omnem non satis accurate considerauerat, nimis praecepsit forsitan consilio, sententiam dixisse. Neque vero lapsum Viri, quem caeteroquin maximus facio, hoc in capite admodum mirabitur, qui reliquas eius in metaphysicis hallucinationes expendit, subinde a LEIBNITIO, WOLFFIO aliisque notatas.

(XII. 0)

randi facultate praeditam, quemadmodum olim pri-maeui parentis corpori vita adhucdum et sensu de-stituto, animam ratione praeditam indidit et inspi-rauit. Ast in eo casu, nemo non faciliter ratione perspicit, tunc non materiae, sed mentis, eidem iun-dae, substantiae cogitandi virtutem esse tribuendam. Neque etiam id inficiamur, Deum O. M. materia in nihilum redacta, eius loco substantiam producere posse cogitantem. Sed neque tali ratione dici poterit, Deum O. M. materiae tribuisse cogitandi vim, cum rei amplius non existenti nihil omnino tribui possit. Stat igitur thesis nostra sicut Marpesia cautes, quod materia ita sit ad cogitandum incapax, ut salua sua essentia ad cogitandum apta nulla ratione, imo ne quidem infinitis Dei O. M. viribus fieri possit.

### §. IX.

*Anima s. Mens humana est immaterialis.*

*Mens humana est immaterialis s. ens simplicis individuaeque naturae: Mens enim nostra est id, quod in nobis sui rerumque aliarum sibi est conscientia s. quod in nobis cogitat (§. I.). Cum vero materia cogitare omnino nequeat (§. VI.), imo eiusdem ad cogitandum im-potentia ita sit absoluta, ut ne quidem diuinis infinitisque viribus tolli possit (§. IIIX):*

(§. IIX.): mentem nostram materiam s. materialem esse, nemo amplius tueri poterit, nisi qui euidentissimis rationis effatis aduersissima fronte repugnare voluerit. Id vero, quod materiale non est, adeoque partium multitudine caret, ens immateriale, simplicis individuaeque naturae esse dicimus (§. IV.): nullum igitur est dubium, quin anima nostra iure meritoque rerum immaterialium s. simplicium, classi sit adscribenda Q.

E. D.

Caput et arcem causae nostrae praesens completitur paragraphus, quippe qui mentis nostrae immaterialitatem euidentissima ratione euincit. Neque quidquam hoc loco reliqui esse dubitationis existimo, tres priores paragraphos proxime antecedentes expendenti, nisi forte imaginationis intempestiva sedulitas, puro intellectui nondum adsuetis, aliquantum negotii exhibeat. Haec enim, dum substantiae immaterialis imaginem sibi effingere cupit, sensualibus rerum materialium representationibus adsueta, suamque in eadem effingenda experitur impotentiam, mentes incautas facile in eam seducit ac abripit sententiam, rerum immaterialium existentiam nihil esse, praeterquam inane aliquod rationis vel facultatis abstractricis figmentum. Ast facessat hinc tantisper figmentorum proma - conda imagina-

tio,

rio, et rationis oracula pro figmentis traducere definat; quum innumeris aliis argumentis etiinci possit, frustra negari earum rerum existentiam, quarum formas et imagines imaginatio sibi concipere nullas potest. Aequo enim profecto is esset ineptus, qui rerum, quas non nisi intellectus capit, imagines desiderat ac ille, qui sonos sibi pingendos, odores vifui exponendos, aut ciborum dulcedinem aurium iudicio subiiciendam postularet, hatum rerum omnium existentiam alias omnino negaturus. Velle, omnes perpenderent, ingeniosissimas illas animae responsiones, quas stolido corpori, mentis imaginem sibi expostulanti, regessit apud ingeniosissimum Battauorum Poetam GATSIUM loc. infra cit. Suum cuique tribuatur: sensus externi enim, ut et imaginatio recipiendis externis rerum materialium formis sunt idonei, res vero immateriales, interni demum sensus, intellectus et rationis sunt obiecta, similiiter, ut vifui visibilia, lumina et colores, auditui soni, odoratu odores veluti propria obiecta adsignare suo iure solemus. Specificorum vero obiectorum hoc loco maximopere caueas confusionem. Tali ratione, qui compescere potuerit imaginandi vim intempestive solerter, ei, non dubitamus, nostrum, quod exhibuimus pro mentis immaterialitae, argumentum quod satis est, faciet; phantasiae seruo, nec centena sufficient. Nolim igitur B. L. argumentorum aliorum mole obruere, quem solidiorum rationum pondere flectere ad assensum, conuenientius esse duxi. Si qui tamen sunt, qui copia plurium argumentorum delectantur, conferre poterunt, THEOPHIL. GALÉVM, qui complures ex PLATONE

et

et sequacibus protulit pro euincenda immateriali  
mentis natura, diuersissimi tamen ponderis et valo-  
ris, ratiocinia. vid. eiusdem *Philos. General.* p. 380.  
nec minus Erud. C V D W O R T H V M in *Systemate in-*  
*tellectuali* p. 1008. simili scopo Platonicorum rati-  
ones exhibentem, K E N E L M V M D I G B A E V M tract.  
de *Immortalitate animae* p. 511. et ex *Recentioribus*  
*C A N Z I V M* von der Unsterblichkeit der Seelen p. 20.  
Scriptores, qui immortalitatem et immaterialitatem  
mentis, numero quidem haud exiguo, sed dissimillimo  
successu propugnarunt, exhibit Celeb. A L B.  
F A B R I C I V S in *Syllabo Scriptorum*, qui de *Verita-*  
*te Rel. Christ.* egerunt p. 421. sequ.

### §. X.

*Extensio, figura, inuisibile quid sit?*

Non alienum erit ab instituto nostro,  
hoc loco connexas cum immaterialitate  
mentis expendere proprietates, quo in-  
dividuae simplicisque naturae, qua men-  
tem praeditam euicimus, pleniorem ac  
perfectiorem consequamur notionem.  
Quem in finem sequentes praemittimus  
definitiones: *Figuram* dicimus limitem  
extensionis continuum. *Extensem* vero  
vocamus, quod partibus constat extra  
se inuicem constitutis ac inter se vnitis  
f. omne

**f.** omne compositum, quatenus *vt vnum aliquod et continuum spectatur.* *Inuisibile* vero id esse tuemur, quod sensibilem ope luminis, a sua superficie vel mediate vel immediate *f.* ope reflexionis proficiscentis, oculo mutationem inducere non valet. Ex his definitionibus haud difficulter demonstrari poterit, mentem humanam *vt extensione omni*, sic et figura qualicunque carere ac quoquis respectu esse inuisibilem.

Radiant luce sua, quas in hoc Spho sequentium gratia exhibemus definitiones, neque igitur vberiori indigent illustratione. Licebit tamen hoc loco velut in transitu obseruare, quod figura minus recte per extensionis limitem definiatur. Nisi adiicias continuum, punctum ipsum figura erit, quippe quod lineae terminat, ac limitat extensionem. Quis vero hominem ferat de puncti figura loquentem? Neque etiam duas, quae anguli terminant extensionem, lineas figurarum titulo insignire solemus; vndiqueque extensum ambiat oportet, ac continuus sit ille extensionis terminus, si figurae nomen eidem tribuendum. Non dubito igitur, quod ob has similesque rationes illustr. WOLFFIUS emendatricem huic definitioni, quam antea probauerat in scriptis germanicis in *Ontol. lat.* §. 150. adhibuerit manum.

Extensi

Extensi notio, praesertim pro nostri instituti ratione nec vindiciis nec commentario opus habet; quod vero certo tantum respectu a composito differat, L. B. facili negotio ipse perspiciet. Tertia, quam sif sit Sphus, inuisibilium definitio ex earum rerum consideratione mihi fuit subnata, quae requiruntur, si quando aliquid visibile esse dicimus, nostroque conspectui patet. Remotis enim visionis ex obiecti parte causis, proclive est intellectu, quid inuisibile aut inconspicuum sit vocandum; quae affectionis eius cause, qua res visui et conspectui sese prorsus subducit. Sed non morabor L. B. in rebus adeo facilibus: progrediar potius ad promissas demonstrationes, operam datus, ut data fide me exsoluam.

### §. XI.

*Mens humana non est extensa.*

*Mens humana extensione omni caret;*  
Est enim anima s. mens humana immaterialis simplicisque naturae (§. IX.) adeoque omni partium multitudine caret (§. IV.). Cum autem id demum extensem dicamus, quod ex partibus extra se inuicem constitutis, vnitisque constat (§. X.): nullo iure mens nostra extensa dici poterit. Q. E. D.

Quo maior asserti, quod hic euicimus, euidentia,  
quo

quo arctior ille nexus, qui immaterialem individuamque mentis naturam et extensionis defectum intercedit, eo magis mirum videri poterit, quod nonnulli fuerint Viri eruditii, qui materiales quidem animas esse negant, extensas tamen tacentur. Celeb. CVDWORTHVS rem ipsam et mirabilis asserti causam adfert: Non desunt, inquit, *Viri graues et exercitii, inter eos, qui naturas disputant esse corpore secretas, qui quoniam verentur, ne si Deus et animi omnipotens extensio priuentur in nihilum prorsus illabeant, multo aliter diuinae rationis aduersarios hac in causa comprimendos iudicant.* Hi igitur verum id esse fatentur, quod diuinitatis hostes sibi dari postulant: quicquid existit, id esse extensem: verum alterum illud, quod iidem pro certo et minime dubio habent, reiiciunt: omne, quod extensem est, corporatum est. Aliud enim affirmant extensionis esse genus, quod a corporea extensione toto genere differat: Postmodum etiam huius extensionis spiritualis (si ita loqui liceat) et corporeae ostendit differentiam. Ex memoratorum enim Eruditorum sententia illam extensionem posse penetrari et ita esse individuam, ut nulla eius pars a finitimiis sibi et contiguis partibus aut a toto auelli queat. conf. Syst. Intell. ex Vers. Ven. MOSHEM p. 1118. Neque ipse CVDWORTHVS huic sententiae omnino aduersari audet, sed litem omnem sub iudice relinquere videtur. Serio quoque et argumentis nonnullis Cel. HENRICVS MORIVS, Vir alias acutus ingenii, sed imaginationi aliquando nimium indulgens, hanc ruetur sententiam, ac quartam quandam spiritui extenso tribuit dimensionem, quam spissitudinem essentialem vocat. Enchirid.

*chirid. Metaph.* p. 384. Sed parum mihi grāues illi bonique Viri a materialismo , quem tamen impugnant, abesse videntur. In strictiori quidem sensu, si materiae vocabulum sumatur, quo compositum impenetrabile, vi inertiae praeditum denotat, mentis substantiam materiam esse negant; ast eandem tamen compositam esse concedunt, partibus extra se inuicem existentibus constantem. Hoc vero nil aliud est, quam mentem in latiori vocis significatu materialem tueri; id quod materialistae plerique facere solent, qui mentem compositam esse defendunt, iisdem tamen singulis, quibus cognita nobis corpora gaudent, affectionibus praeditam esse negant. Cum vero supra demonstrauerim, quod in latiori sensu etiam mens materia esse non possit, ac partibus omnino sit destituta; eo ipso fictae huius extensionis fundamenta simul sunt euersa. Ad argumenta quibus tum Angli , cum Cl. RIDIGERVS , qui cum iisdem, ex similibus fere rationibus , mentis extensionem tuetur, infra in parte polemica respondebimus; ostensuri etiam quod minime adeo difficile sit, ex systemate influxus Physici, quod nos tuemur, Ridigerianas refellere obiectiones , quam quidem Cel. CANZIVS Tom. I. *Vsus Philos. Leibnitianae in Theol.* p. 224. fieri posse existimat.

### §. XII.

*Anima nec figurata est nec visibilis.*

*Anima s. mens humana nec figurata est nec visibilis , imo per suam naturam talis*

S

esse

*esse haud potest.* Anima enim extensa esse nequit (§. X.) adeoque suae extensionis limites nulos habere potest. Cum itaque continuam extensionis limitem figuram appellemus (§. IX.); animam omni figura destitutam esse, extra dubitationis aleam positum erit. Est vero praeterea meridiana luce clarius, quod id, quod extensione caret, superficie quoque omni sit destitutum, ex qua radii luminis immediate proficiunt, aut reflecti etiam possint (per Princip. Math.): Anima ergo vi suae naturae inuisibilis sit necesse est. Q.E.D.

Licet eius, quam hoc loco tuemur, veritatis ea sit evidentia, ut non dubitem, fore plerosque, qui demonstrationem quam dedimus superfluam existimabunt; non defuerunt tamen vel inter eos, qui inter eruditos nomen et famam sunt consequuti, qui non modo mentem figuratam esse defenderunt; verum etiam perspectam sibi esse eiusdem figuram assertere, eandemque pluribus verbis describere non sunt veriti. Ex horum numero hoc loco silentio praeterire non possum IOH. BAPTISTAM HELMONTIVM, qui in suis Operibus Francof. 1681. editis p. 256. se anno 1633. mentem suam in visione, figura humana vidisse refert: *Erat autem, inquit,*

*lux, cuius homogeneous totum erat actiue cernens, spiritualis substantia, crystallina, proprio splendore luctans. Obvoluebatur autem in altera nubilosa parte, tanquam sui siliqua, quam, cum splendorem aliquem ex se haberet, non potui discernere, propter fulgorem superlatium spiritus crystallini intus contenti. Istud tamen facile aduerti, quod nota sexualis non esset, nisi in siliqua. Crystalli autem sigillum erat lux ineffabilis sic reflexa, ut ipsa crystallus fieret incomprehensibilis. Neque vero est, cur quis existimet HELMONTIVM hieroglyphica forsan ratione hic mentem depinxisse, aut eam sibi tali ratione exhibitam fuisse, existimasse. Quod enim serio menti, quam lucidae naturae esse existimauit, figuram tribuerit, cum ex sequentibus, tum ex compluribus aliis locis in eius scriptis obuiis satis dilucide patet. Similia imaginationis monstra TERTULLIANVS suo dignatus est calculo, idque eam ob causam, quod femina quaedam ex Montanistarum, cui deditus erat, secta ipsi narrauerat: *se in spiritu vidisse animam teneram ac lucidam aërei coloris et forma per omnia humana.* His phantasiae ludibriis inductus Vir alias optimus, sed nimium saepenumero credulus, animam sibi ratione sane admodum ridicula concepit, *tanquam homuncionem quendam interiorem,* vt LIBERTVS FROMONDVS lib. de anima p. 120. eius sententiam exhibet, *cuius capitellum in capite, pectusculum in pectore, cordulum in corde, brachiola in brachiis, manciolae in manibus, pediculi in pedibus hominis exterioris siue corporis nostri, tanquam vaginae inseruntur.* Simili fere modo et VINCENTIVS VICTOR referente AVGUSTINO lib. 4. c. 14. de*

*origine animae, somniauit, interiorem hominem i. e. animam, velut in forma vaginae corporalis inclusum, per membra exterioris hominis cucurrisse et gelasse, ut figmentum fusile in forma lutea.* Sed mittamus hanc crassae ac pinguis mineruae bonorum Virorum Philosophiam; ac ex eorundem exemplo admoniti discamus, quantopere id noxium sit, imaginationi nimirum habenas laxare, quae equo indomito haud assimilis in praecipitia fertur et in errores abducit incautos, prudentiorum risu aut potius misericordia dignissimos. Prudentius anima illa differit apud C A T S I V M in T' Samen - Spraek tüscher Ziel en Lichnaem:

*Maer wat staet my toe doen? ik lat de menschen  
woelen,  
Geen oog en kan my sien, geen hand en kan my voelen,  
Geen Schilder heeft 'er macht, tot aen het minste deel,  
Toe stellen myn geleet in eenigh tafereel.*

et paulo post corpori imaginem suam i. e. mentis defideranti respondet:

*Wel hoe, geminde vriendt, dit zyn al viese rancken,  
Wie hoord er immermeer van so en geestig man,  
Die iet heft laten sien, dat niemand sien en kan?  
Al wat geen lichnaem heeft, is qualick uyt de drucken.*

Vtinam haec expendisset C O M M E N I V S , vulgati illius libelli auctor, qui sub nomine *Orbis sensualium pieti* puerorum manibus teritur, animam sub forma hominis meris punctulis depingendam non curasset; Nisi fortasse maius aliquod sub hac imagine latet mysterium et forsan auctor, hieroglyphica quadam ratione, obseruante ILLUSTR. W O L F F I O , notissimam

illam

illam Aristotelicorum sententiam exprimere voluit,  
quod *anima tota sit in toto corpore, ac tota simul in  
qualibet eiusdem parte.*

### §. XIII.

*Anima est incorruptibilis s. expers omnis  
corruptionis.*

Claudat agmen earum affectionum,  
quae nobis ad illustrandam mentis no-  
straе indiuiduam ac immaterialeм natu-  
ram ob indiulsum , quo cum eadem  
iunguntur , nexus hoc loco commemo-  
randae fuerunt , eiusdem *incorruptibili-  
tas* s. indoles omnis expers corruptionis.  
*Incorruptibile* dicere solemus , quod par-  
tium dissolutione interire nequit . Cum  
vero per ea , quae in hac exercitatio-  
ne demonstrauimus ( §. VIII. ) , men-  
tem nostram immaterialeм , adeo-  
que omnibus partibus destitutam esse  
pateat ; eandem quoque incorrupti-  
bileм esse s. corruptionis omnis ex-  
pertem dubio omni carebit . Q.

E. D.

Magnam, praesens nobis sifit Sphus, et insignem  
animaе

animae nostrae praे corpore praestantiam. Cum enim corpora quaecunque, licet solidissima, temporis edacitati ita subiecta sint et exposita, ut partim aëris iniuria, partim fluctuum vi aut rabie flammorum aut aliis denique modis propemodum innumeris, quibus corpora dissoluuntur, destrui possint et corrumpi; mens omnibus hisce naturae mutationibus superior, et extra teli iactum quasi constituta ab nullis vñquam rerum naturalium viribus sua substantiae destructionem, cur metuat, habet. Est vero etiam Theorema præsens firmissimum immortalitatis mentis nostrae fundamentum. Non diffitemur quidem lapsos fuisse in eo eruditorum antiquiorum haud paucos, quod animae nostrae expertem corruptionis naturam, partim ab ipsa immortalitate minus distinxerint, partim vero immediate ex incorruptibilitate mentis eiusdem immortalitatem consequi, existimauerint; quemadmodum recte obseruauit Illustr. WOLFFIUS Psych. Rat. §. 737. et Illustr. BILFINGERVS l. c. p. 386. Interea tamen certo certius est, quod naturalis animae nostrae immortalitas incorruptibilitatem, tanquam præcipuum demonstrationis fundamentum supponat. Idcirco sat mirari non possumus, qui factum sit, ut B. ZIMMERMANNVS, Theol. Halensis, Vir pius non minus, quam eruditus in tract. cui titulum fecit: *Naturliche Erkentniß Gottes, der Welt und der Seele des Menschen*, p. 450. demonstrandi ordinem hoc in capite prorsus inuerterit ac ex eo demum fundamento, quod anima sit immortalis, sibi probandum esse existimauerit, eandem sua natura immaterialē et omnis corruptionis esse expertem. Nisi hic me fallunt

fallunt omnia, aut circulum video in hac demonstratione, aut principiis nititur omnis viri optimi argumentatio precariis, nimirum Poiretiano illo dogmate de essentiis rerum arbitrariis.

Sic iam euista B. C. D. immateriali mentis natura connexisque cum eadem praecipuis attributis potuissem hoc loco qualicunque opellae imponere cōlophonem, nisi dogmaticis polemica me adiuncturum in ipso dissertationis limine promissem. Neque vero me poenitet facti; perstrepunt enim omnia nostro tempore clamoribus vociferantium, exceptione maiora esse, quae contra rerum immaterialium existentiam obiiciuntur. Non igitur abs re erit colligere in vnum praecipuas materialistarum rationes ac quam ferculneae sint, subiectis responsionibus breuiter ostendere. Ad alteram igitur, Deo duce, progredior exercitationis praesentis nimirum, quam supra promisi, polemicam sectionem.



EXER-

EXERCITATIONIS  
PHILOSOPHICAE

DE

INDIVIDVA HVMANAЕ  
MENTIS NATVRA  
SIVE  
DE IMMATERIALITATE ANIMAE

## SECTIO II. POLEMICA.

QVA

OBJECTIONES ET ARGVMENTA  
CVM ANTIQVORVM TVM RECENTIORVM,  
QVI IMMATERIALEM MENTIS NOSTRAE  
NATVRAM IMPVGNARVNT, EXHIBEN-  
TVR ATQVE REFVTANTVR.

## §. XIV.

*Duplex causa materialismi in intellectu  
et voluntate.*

**O**riginis causasque perniciosi illius erroris, quem materialismum vocant, inuestiganti mihi ex dupli potissimum fonte idem scaturire videbatur. In intellectus enim vel potius cognoscendi facultatis, sensuum praeiudicatis opinio-

opinionibus debilitatae, imbecillitate vnum; in voluntatis ad prava insigni propensione alterum pestilentissimae opinionis principium quaerendum esse, rerum humanarum, ac litterariae historiae non ignarus facile mecum animaduertet. Plerique mortalium sensibus adsueti facillimo negotio eam amplectuntur sententiam; *Quicquid sensu ac imaginatione capi ac comprehendi non posfit, id omnino nihil esse*, aut prorsus non existere. Inter principes opiniones praeiudicatas merito praesentem recenset, ac quia latissime per universam humani generis tribum quasi idoli loco colitur, *idolum tribus* vocat illustris Angliae Cancellarius, **BACON** VERVLAMIVS, *in Nou. Organo Scientiarum* p. 35. Hinc mirum non est, si mentem materialem esse haud pauci sibi persuadent, qui de mente ab hoc praeiudicio, quod vocant, liberanda nunquam cogitarunt; nihil enim nisi materialium rerum repraesentamina sensus

exhibitent. Sunt vero praeterea, qui vindicem malorum Deum subueriti, immortalitatem extimescentes, mentem mortalem, adeoque et materialem primum votis concipiunt, eo securius cupiditatibus frena laxaturi; deinde vndique ratiunculas conquirunt, quibus sibi aliisque, ea veritati consona esse, quae vera esse cupiunt, frustraneo ausu, persuadere conantur.

Dum arenam ingredimur, contra materialistas rationis, veritatisque armis instructi, litterarium quodam, sed placidum certamen inituri; non alienum iudicauimus a nostro instituto, causas eorundem *suasorias*, quae eosdem nobis, qui mentis indiuividuam tuemur naturam, aduersarios reddunt, primo loco detegere; cum idem hoc loco vsu veniat, quod in bellis vt plurimum, vt *suasoriae* causae longe differentia*iustificis*. In omni polemica duplex hoc causarum genus distinxisse, ac suasorias praesertim detexisse, insigni non carebit utilitate. Neque vero pro arbitrio duas in Spho commemoratas materialismi rationes aut sine ratione a nobis excogitas esse, facili ratione, quilibet perspiciet ad materialistarum rationes etiam iustificas attentus. Sic enim ex antiquis TERTULLIANVS, ex Recentioribus, COWARDVS aliique disertis verbis fatentur *quicquid corpus non est, id nec esse posse, ac ex*

eo capite id euincere conantur, quod anima quoque  
sit corporea. Conf. etiam AVGVSTINVS l. c.  
c. VI. et CVDWORTHVS l. c. qui similia fere de  
hoc hominum genere referunt. Rationem asserti, si  
a sensuum consuetudine secedas, vix ullam inuenies.  
Alterum materialismi fontem, licet plerique dissimu-  
lent, haud obscure tamen T. LVCRETIVS Carus  
fatetur, qui Epicuri suamque Philosophiam idcirco  
maximopere eo tendere obseruat, ut hominum ani-  
mis omnem post mortem futurarum rerum metum  
excutiat; atque eam ob rationem plusquam viginti  
argumentis immortalitatem ac immaterialitatem men-  
tis impugnat. Idem quoque de origine materialis-  
mi sentit ingeniosissimus Anonymus, qui Ven. REIN-  
BECKII librum eruditum von der Unsterblichkeit  
der Seele sua praefatione ornauit. Vide sis quo-  
que antiquissimam illam materialistarum cantilenam  
lib. Sapientiae cap. II. c. 3. *Nam temere nati sumus*  
*et post hac erimus perinde ac si non fuissimus, utpote*  
*cum, qui fatus nobis in naribus est, fumus sit et exi-*  
*guam habeamus in cordis motione scintillam, qua ex-*  
*tincta in cinerem redigetur corpus nostrum et spiritus*  
*noster, ceu inanis aër diffundetur. -- Quare, colli-*  
*gunt, agite, fruamur bonis praesentibus et rerum na-*  
*tura, dum est inuenta, nauiter utamur etc.* Licet  
vero enumeratas causas primos ac potissimos huius  
erroris fontes existimemus, interim tamen non dubi-  
tamus, quin nonnulli iustificis, liceat ita loqui, ma-  
terialistarum rationibus, aliquantulum speciosioribus  
seducti fuerint, de quorum intellectu, et voluntate  
melius sentiendum. Ex iis quae modo demon-  
strauiimus facili ratione patescit, satis antiquam esse  
eam

eam opinionem, qua mens in materialium rerum numerum refertur, cum causae commemoratae parem fere cum humano genere aetatem agnoscant. Qui homines vniuersali diluio deletos atheismo potissimum inquinatos esse ferunt, facile in eam nos deducunt sententiam, materialistas iam ante magnum illud diluuium suos habuisse patriarchas. Quod eo aeuo, quo auctor libri sapientiae floruit, non defuerint, qui mentem corpoream defenderunt, supra commemorauimus. Speciatim vero et inter antiquos, Graeciae, Romaeque Philosophos materialismus suos offenderit patronos, litterarum varia monumenta testantur. LEVCIPPVS, DEMOCRITVS, EPICVRVS, DICAearchVS, ex Stoicorum numero CLEANTHES aliquie inter Graecos; T. LVCRETIVS aliquie inter Romanos Epicuri vestigiis insistentes, hunc crassioris Mineruae errorem disseminarunt. Sed nec recentior aetas similibus caret pessimae causae patronis, licet alii aliis subtilius eandem agant. HOBESIVS libro, cui formidolosum *Leviathanis* nomen indidit; SPINOZA qui vnam substantiam extensam simul et cogitantem defendit aliquie religionis omnis irrigores merito huc sunt referendi. Neque inter Germanos defuerunt, qui simili oberrarunt chorda; testes sunt amoebae litterae ab anonymis auctoribus editae sub titulo: Zweyer vertrauten Freunde Briefwechsel vom Wesen der Seele. Frider. Wilhelmus STOSCHIVS, qui edito *avoyuas* tract. Concordia rationis et reuelationis, Amst. 1699. Spinozae aliorumque Materialistarum vestigia satis manifeste premit. Celeberrimus THOMASIUS etiam, licet

ob reliqua merita iure suspiciendus, pessimum sese praestitit metaphysicum in libello: *vom Wesen des Geistes*, Halae 1710. edito, in quo ex lucida aërea que substantia mentem concretam esse tuerit; satis eam ob causam exagitatus, ab auctore, qui sub *REALIS DE VIENNA* nomine refutationem libri modo dicti ediderat. Quam parum absit a materialistarum hypothesibus Celeberrimus *RIDIGERVS* iam supra obseruauimus. Frigidam quoque suffudit materialistis Celeb. *LOCKIUS*, qui non omnino repugnare materiae cogitandi vim, eandemque ipsi diuinis minimum viribus tribui posse asseruerat, de *Intell. Hum. Lib. II. c. 13.* (*Cel. BVDDEVSI*) et *CLERICVS* ille in *sua Philos. Theoretica* p. 328. hic in *Operibus Philos.* Tom. II. p. 50. similia defenderant, ideo tamen materialistis in proprio sensu minime annumerandi. Recentissime vero *LOCKII* de possibilitate cogitandi, quam materiae non denegauerat, maximopere nititur, quisquis sit ille auctor, qui sub *Cel. de Voltaire* nomine ediderat de hac materia epistolam supra p. 4. not. f. a nobis citatam. Satis vero cum hoc auctore consentire *Cel. de VOLTAIRE* ex eiusdem *lettres sur les Anglois* Lettr. XIII. patet edit. germ. p. 69. Plura de materialismi historia, qui nosse cupit, adeat *Cel. BVDDEVSI* de *Atheismo et superstitione* cap. III. Vener. *WALCHIVM* Lexic. *Philos.* tit. *Seele*; aliosque Historiae Philosophicae scriptores. Nos altera hac

exer-

r) Mutauit *Cel. BVDDEVSI* postmodum sententiam, aut melius sese explicauit in *Thesibus de Atheismo et Superst.* p. 230.

exercitationis nostrae sectione, praecipua, quae nobis innotuerunt, materialistarum argumenta breuiter examini subiiciemus, iustificasque eorundem rationes non maioris ponderis esse, quam suasorias, Deoque dilucide euincere allaborabimus.

### §. XV.

*Argumentum 1) a dependentia et Harmonia  
mentis et corporis petitum.*

Summa quae mentem inter et corpus intercedit conspiratio principi potissimum argumento ansam dedit, quo errorem suum palliare et stabilire antiquissimis inde temporibus materialistarum Coryphaei sunt conati. Experimur summam esse mentis a corpore dependentiam: crescunt enim corporis statura et vigore mentis vires, similiter vero in senectute una decrescunt; in corporis morbis mentis functiones turbantur ac impediuntur, restituta vero medicaminum ope, sanitate corporis, menti quoque suus redit vigor et sic porro. Merito ergo, pergunta, ita argumentamur. *Quicquid a corpore dependet ac artissimo commercio eidem iungitur, id eiusdem naturae, adeoque corporeum fit*

*fit necesse est. Sed animae mirificam ac singularē a corpore dependentiam ac summam cum eodem conspirationem experientia testatur. Anima ergo corporea et materialis erit.*

Nititur potissimum rationibus a commercio et conspiratione mentis cum corpore petitis EPICVRVS cum sequacibus, eorundemque fidissimus interpres, TITVS LVCRETIVS CARVS, in suo de rerum natura elegantissimo alias carmine. Praeaeque enim eiusdem argumentationes ad hanc classem, si attendas, poterunt reduci, licet viginti et amplius (vt illustr. Baro de COVTVRES, qui Lucretii libros in gallicum transtulit sermonem, adnotauit), contra mentis immortalitatem et immateriale naturam proferat in medium. Ut ex vngue agnoscas leonem L.B., nonnulla Lucretii hoc loco adducam: PARITER (inquit) *cum corpore et una*

*Crescere sentimus pariterque senescere mentem.  
Nam velut infirmo pueri, teneroque vagantur  
Corpore: Sic animi sequitur sententia tenuis.  
Inde ubi robustis adoleuit viribus aetas,  
Consilium quoque maius et auctior est animi vis.  
Post, ubi iam validis quassatum est viribus aeti  
Corpus et obtusis ceciderunt viribus artus  
Claudicat ingenium, delirat lingua manusque  
Omnia deficiunt et uno tempore desunt.*

Hinc colligit, mentem non esse corruptionis experientem; adeoque et materiale fumoque similem:

*Ergo dissolui quoque conuenit omnem animi  
Naturam, ceu fumum in altas aeris auras.*

*Et paucis interiectis:*

*Huc accedit, ut videamus, corpus ut ipsum.*

*Suscipere immanes morbos durumque dolorem:*

*Sic animum curas acres, luctumque metumque*

*Praeterea mentem sanari corpus ut aegrum*

*Et pariter fleti medicina posse videmus.*

*Denique cur hominem cum vini vis penetrauit*

*Acris et in venas discessit diditus ardor,*

*Censequitur membrorum grauitas? praepediuntur*

*Crura vacillant? tardescit lingua? madet mens?*

*Nant oculi? clamor, singultus, iurgia gliscunt*

*Etiam cetera de genere hoc quaecunque sequuntur.*

*Cur ea sunt, nisi quod vehemens violentia vini*

*Conturbare animam confueuit corpore in ipso.*

Conf. LVCRETII opera a Mr. le Baron DE COV-  
TVRES Parisiis 1692. edita gallice et Latine p.  
260. sequentibus. Simili modo Stoici, et ex eo-  
rum tribu potissimum CLEANTHES apud NE-  
MESIVM l. c. p. 33. argumentatur: Οὐδεν ασωμα-  
τον συμπαχει σωματι Οὐδε ασωματω σωμα, αλλα  
σωμα σωματι συμπαχει δε η ψυχη τω σωματι νο-  
σουντι κ. τ. λ. σωμα αραι η ψυχη i. e. Nullum non-  
corpus cum corpore consentit, neque corpus cum incor-  
poreo; sed corpus cum corpore. Consentit autem ani-  
ma cum corpore, dum aegrotat etc.

*Corpus igitur anima.*

## SOLVTIO.

Speciem habet argumentum; sed vi ac pondere caret. *Nexum enim iure desidero in ea propositione; quicquid a corpore dependet, arctoque commercio eidem iungitur, id eiusdem prorsus est naturae; adeoque corpoream:* fallit haec maior; hinc vacillat omnis argumentatio. Dissentient quidem inter se eruditii in explicando mirifico huius consensu et commercii phaenomeno; siquidem tria excogitarent Systemata, quae tamen dupli potissimum nuntiuntur fundamento: aut enim dependentia ista et harmonia a mutua actione mentis et corporis aut a Deo consensum moderante et stabiliente deriuatur. In nullo tamen horum systematum ad animae materialitatem valet consequentia. Si Cartesianum ac Leibnitianum Systema consideramus, si Deum consensu dicimus auctorem, num ideo mens et corpus necessario erunt eiusdem indolis? num materialistae poterunt negare, Deum inter res etiam diuersissimi generis consensum potuisse stabilire ac efficere? Materialistae, inquam, praelertim, qui ita omnipotentiam Dei extollunt ut eum quoque contradictione facere posse afferant atque defendant. Neque ex influxu Physico idem exsculpent: non enim valet sequela: vnum agit in aliud; ergo eiusdem naturae. Deus agit in omnia: num ergo similem prorsus cum rebus creatis omnibus naturam habere censendus? id vero nec omnes materialistae concedent. Specialius tamen ad ea, quae ex actione corporis in mentem possent deriuari argumenta, Spho sequenti respondebo. Hoc loco vero haud difficulter ostendi potest: Materialistas, si vniuersaliter ex dependentia,

dentia, naturae identitatem vrgent, sequenti admodum eosdem facile in angustias redigi posse. Utitur anima corpore partim ut domicilio, partim ut instrumento suarum actionum. Fac hominem in ruinoso habitare aedificio, quod pluua, ventus ac nimbi penetrant atque peruidunt: quin parum commode corpus ipsius afficietur, nulli dubitamus. Redde habitationem meliorem, fac domicilium istud reparari; melius cum ipso agetur. Dependet ergo corporis vigor ab aedium dispositione. Quis vero ferret inde colligentem: Ergo corpus hominis est lapideum vel ligneum, quoniam ex simili materia domus constat? Similiter et anima pro varia corporisculi, tanquam domicilii sui, dispositione varie adficitur; nequaquam tamen ideo eiusdem naturae cum corpore censenda erit. Fac fenestrarum lumina in aedibus squalore esse obsita, non mirum si aedium incola non nisi confuse cernat, quae foris aguntur. Sic corpore senio debilitato non mirum erit, mentem non tam acute, ut ita dicam, cernere, suasque operationes non aequa bene peragere posse. Concipe tibi Musicum, qui instrumento canere deberet a symphono vel cui cythara pulsanda, cuius fides dissonae; vel scribam, cui calamo inepto scribendum; aut pictorem, cui rudiori penicillo aliquid sit pingendum: quantacunque horum hominum ars fuerit ac dexteritas, nil tamen, nisi imperfectum, ob ineptitudinem instrumenti, praestare poterunt. Nemini igitur peregrinum videri debet, si mens, corporis instrumento senectutis, morbi, ebrietatis, aliarumque causarum vi debilitato s. a symphono reddito, functiones suas satis apte peragere non possit; sed ipsa potius perturbata agat, corpore turbato,

to, vt LVCRETIVS ait. Quemadmodum vero non sequitur, musicum, pictorem vel scribam cum suis instrumentis prorsus eiusdem indolis esse; (Quis enim aeneum v. g. vel ligneum diceret musicum, quia instrumenta musica ex eiusmodi materia confita?) sic neque mens, quia corporis instrumento vtitur, ideo corporea erit dicenda. Licet vero non dubitemus, quod ratio eius differentiae, quae in mentis maiori minoriue perfectione diuerso tempore deprehenditur, magnam partem in corporis, tanquam organi, diuerso statu sit quaerenda: non tamen omnino negamus, quod non ipsa quoque mens virium suarum, successu temporis, maiora capiat incrementa, s. potius, quod suas facultates ipso vsu et exercitatione non magis magisque poliat et excusat. Non enim dubito, si perfectioris staturaе corpus, infantis animae iungeretur, quod idem aut similis mentis vigor ac perfectio non statim in eiusmodi homine obseruanda foret, ad quam alias, successiue procrecente corpore, sedulo facultatum suarum usus peruenturus fuisset. Aliter vero res sepe in senectute habet: In hoc enim genere aetatis vix dubitamus illam mentis, quae senibus est quasi propria, imbecillitatem, corporis ut instrumenti, debilitati ac ineptitudini adscribere; adeo vt non abs re, sed rectissime ARISTOTELES pronunciare videatur: *Si senex oculum iuuenis reciperet; non secus ac ipse iuuenis cerneret.* Neque enim omnino et per se mentis vires decrescente corporis vigore decrescere, hominum exempla testantur piorum et sapientum, qui morti vicini, corpore admodum debilitato, sapientissimis tamen sermonibus, de integra, imo insigni mentis suae perspicacia luculentissima testi-

monia ediderunt. Conf. quoque hoc loco, quae  
Vener. Academiae Fridericianae Senior Illustr.  
FRIEDR. HOFFMANNVS, vere venerabilis Se-  
nrex, cui viridem ac diutinam senectutem a Deo ex  
animo precamur, in den wöchentlichen Hällischen An-  
zeigen N. XL. vom Wesen und Wirkungen der  
menschlichen Seelen d. 2. Octobr. huius anni, prae-  
sertim de corpore mentis instrumento, eruditæ est  
commentatus.

## §. XVI.

*Argum. 2) ab actione corporis in mentem  
petitum.*

Non minorem veritatis speciem id quo-  
que præ se ferre videtur argumentum,  
quod materialium animarum Patroni a  
mutua mentis in corpus, corporisque in  
mentem actione; adeoque effectu, quem  
vocant, nexus utriusque petere solent.  
Fieri enim, censem, nulla ratione posse,  
ut corpus in id agere queat, quod mate-  
riae omnis expers est, cum actio omnis  
per tactum fiat; tangere vero et tangi, ut  
LVCRETIVS ait, praeter corpus, nulla  
res possit. En ratiocinium: *Quicquid tan-  
git, tangique potest, corpus sit ac ens corpo-  
reum necesse est. Sed mens dum agit in cor-  
pus ab eodemque rursus afficitur, tangitur ab*  
*eodem*

*eodem, illudque tangit; nulla enim sine tactu actio est. Mens ergo erit ens corporeum et materiale.*

Antiquum satis, quod proposui, est materialistarum argumentum, licet non semper distincte propositum. STOICI, praesertim CHRYSIPPVS ex eodem potissimum fundamento deploratam materialismi causam incrustare voluerunt, referente NE-MESIO loc. cit. Οὐδεν γάρ εφαπτεται σωματος ασωματον, χρυσιππος Φησι, η δε ψυχη εφαπτεται τα σωματα. σωμα αρα η ψυχη. Nullum enim non-corpus corpus attingit. Sed anima tangit corpus, Ergo corpus anima, p. 34. l. c. Conuenit quoque allato a nobis in Spho argumento, ratiocinium, quod profert Vener. BAXTER, illud refutaturus, *in defence of the souls immortality* p. 557. sequentibus verbis: *That which things corporeal work upon; is corporeal; for it cannot be conceived, how bodies can work upon that which hath no body. But things corporeal work upon the soul: Ergo, it is self corporeal.* Recentius tamen ex eodem capite suam stabilire sententiam maximopere conatus est Cl. RUDIGERVS l. c. En verba Viri Cl. Ist die Seele nicht materialis, so ist in ihrer ganzen Substance kein punctum physicum, ist dieses nicht da, so kan sie weder berühren, noch berühret werden, denn dieses ist ein Postulatum, daß aller attractus in punto Physico geschehen muß, kan nun die Seele weder berühren, noch berühret werden, so kan sie auch weder in den Leib agiren, noch der Leib in sie; denn es ist gleichfalls ein Postulatum; daß keine actio in aliud ohne Berührung geschehen könne. Atqui das sind gross-

ſe Inconuenientien §. 17. Ergo colligit, anima non erit immaterialis. Difficulter huic obiectioni responderi posse ab iis, qui influxum Physicum s. realē mentis in corpus actionēm admittunt, quidem existimat C A N Z I V S loc. supra cit.; confugendum esse ad Harmoniam praestabilitam existimans, si quis ſe tutum ab hoc Ridigeriano telo praestare voluerit. Sed parum impendere simplici mentis naturae periculi ab obtuso hoc Cl. R I D I G E R I telo B. C. D. vel absque Harmoniae praestabilitae ope haud ita magno labore euincam.

## SOLVTIO.

Omnis controuersiae cardo in eo versabitur; *vtrum actio quaelibet per tactum fiat.* Distincte ad argumentum responderi nunquam poterit, niſi duplex ille ſensus obſeruetur, quo voces tangere tangique ſubinde accipiuntur. Vel enim tactus et tangere eam denotat actionis ſpeciem, quae fit *per immediatum superficierum corporearum applicationem ad ſe inuicem*, isque ſensus vocis proprius eſt et maxime uisitatus: vel tactus erit *immediata vis agentis ad actionis obiectum s. patiens applicatio*; id quod vero non niſi improprie tactus dici poterit. Elige quicquid volueris, falſa erit argumentatio; alter enim vocis ſensus maiorem falſam, alter minorem exhibebit ineptam. Sumamus vocem *in ſenu proprio*; non negari poterit, quin id quod tangit, tangique potest, ſit ens corporeum, nil enim rerum exiſtentium s. realium superficiebus inſtructum eſt, quae ſibi applicari inuicem poſſint, niſi Ens corporeum atque extenſum. Sed quis Cl. Ridigero tum poſtulatum concedet: *Nulla ſine attacitu actio.*

Quid

Quid sit principium petere, nisi hoc sit, omnino nescio. Est quidem postulatum V. C. quia aliquid postulat et quidem sine demonstratione; adeoque in sensu etymologico: inter mathematica postulata s. principia neutiquam referendum. Quodsi vero in sensu minus proprio attractus vocabulum adhibere tibi placuerit; argumenti maior, alterumque Cl. RÜDIGERI postulatum fallit, nimirum falsum erit, omne illud materialis esse naturae, quod in eo sensu agere per tactum i. e. vires suas immediate ad obiecta applicare potest. Sic enim et ipse Deus, qui immediata virium applicatione ad obiecta agit, materialis esset dicendus, quod nec omnes materialistae concedent. Si vero eo processerint impudentiae, ut hanc quoque sequelam concoquere possint, imo ambabus, quod haud pauci eorum faciunt, amplectantur manibus; nequaquam tamen miri sui asserti rationes causasque reddere vñquam poterunt. Facebat itaque Celeb. RIDIGERV S cum suis postulatis, in quibus nullum malae causae praefidum inueniri potest. Quodsi vero quis pergeret cauillari, se tamen omnino distincte modum specialem mente ac imaginatione concipere non posse, quo corpus agat in mentem, ac mens vicissim in corpus, nisi ista actio per tactum in proprio sensu sit explicanda; is velim consideret, num plenissime concipiatur, quomodo monades corporum, (si easdem admittit,) in se inuicem agant, dum corpora se tangunt; similes nimirum in corporum tactum, rem curatius rimatur, deprehendit difficultates. Quodsi vero monades rideat, istam, quaesumus, demonstret sententiam; *Cuius rei imaginem mibi nullam formare possum, id omnino non datur.* Fатemur, modi actionis

actionis rerum incorporearum in corporeas et vi-  
cissim, nos imagines nullas posse formare. Qui ve-  
ro tantummodo eam ob causam eundem negaturus  
esset, consequentiis premeretur innumeris, quarum  
falsitas vel manu possit palpari.

## §. XVII.

*Argumentum 3) a generatione mentis  
cum corpore.*

Nondum exhausta est obiectionum,  
quae a mentis cum corpore nexu deriuari  
solent, materies; pharetra ista plura  
continet tela, quae licet forma differant,  
in eadem tamen officina parantur. A  
*generatione* nimirum nouum petunt ar-  
gumentum Materialistae. Quemadmo-  
dum enim corpus sic quoque mentem a  
parentibus generari censem; id quod  
praesertim ex eo capite euidentius pate-  
re forsan existimabunt, quod liberi non  
modo corpore, sed et animo ut pluri-  
mum parentibus similes esse soleant.  
Quicquid vero generatur sine dubio cor-  
poreae naturae esse statuunt: Hinc ani-  
mam materialem esse colligunt. En-  
argumentum in forma: *Quicquid gene-  
ratur cum corpore a parentibus, corpo-  
reae*

*reæ sit naturæ necessè est. Sed anima humana una cum corpore a parentibus generatur. Idcirco corporea erit.*

Idem ille, quem supra citavimus, LVCRETIVS, ab ortu quoque mentis per generationem contra eius simplicem naturam arma petiit l. c.:

*Praeterea gigni pariter cum corpore et una  
Crescere sentimus, pariterque senescere mentem.*

Ex eo vero capite animam corruptibilem esse ac materialem arguit. Similitudinem vero liberorum cum parentibus corporeae mentis naturae indicem esse iam olim existimauunt STOICI, ac ex iis præfertim CLEANTHES apud NEMESIVM l. c. p. 32. Οὐ μονον, Φησιν, ὅμοιοι τοῖς γονεῦσι γίνομεν κατὰ τὸ σωματικὸν αλλα καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν, τοῖς παθεσι, τοῖς ηθεσι, ταις διαθεσι. σωματος ηδονή τοι ομοιον καὶ το ἀνομοιον. Οὐχι δέ ασωματου, σωματικές η ψυχὴ. Non solum, inquit, scil. CLEANTHES, corpore parentum similes nascimur, sed etiam animo, affectionibus, moribus, habitibus. Similitudo porro et dissimilitudo in corpore, non vero in non-corpore spectantur; anima igitur corpus erit. Coniungendum duxi hoc argumentum cum priori, quo maiorem quandam vim ac speciem haberet; cum illud Cleantheum proorsus elumbe sit in minori propositione. Quis enim prudens ex similitudine duarum rerum statim colligeret easdem esse corporeas; cum et numerorum, quos nemo corpora dixerit, detur similitudo et rationis, quae numeros intercedit, quam proportionem dicimus, quemadmodum etiam NEMESIVS probe obseruavit l. c. Si vero quis ex ista similitudine colligeret, ex corpore

seu mente parentum animum gigni; aliqua species priori Lucretiano accederet argumento. En L. B. quam parum extimescamus materialistarum strophas, vt vel ipsi, quidnam eorundem telis vim vel speciem largiri possit, ingenue indicemus. Bonae enim causae, quam defendimus, fiducia subleuati certissime persuasi sumus, omnes bonorum virorum conatus esse frustaneos, cum simplex ac indiuidua mentis nostræ natura extra telorum omnium iactum sit constituta, nihilque ad eam destruendam posse adferri, quod eudentissime refelli non possit.

## SOLVTIO.

In ipso responsionis limine obseruo, in ea, quæ mentis originem omnemque hominis generationem exponit doctrina, plurimum adhuc supereesse obscuritatis, similesque mihi videri, qui a re, tantis impedita difficultatibus, argumenta petunt contra immaterialitatem mentis clarissime euictam homini, qui ex iis, quae in doctrina de magnete occurrunt difficultatibus, vellet colligere, contra eudentissima sensuum testimonia, vel magnetem nullum dari, vel eum spiritualis, non vero corporeae esse naturae. Adeo ut hinc verba Vener. BAXTERI l. c. p. 529. quibus in refellendo alio quodam argumento, quo ex generatione mentis eam corruptibilem inferre quidam sunt conati, est usus l. c. mea facere minime dubitem: *The word generated, inquit, is of so great ambiguity and generation it self a thing so little understood by mortals, that this reason doth, but carry the controversie into the dark and argue ab obscurore et minus noto: which is the way of a wrangler and not of one, that would reveale the truth.* Intererea

terea tamen, modo solitae suae modestiae sint memores aduersarii, nec ea se certo scire, quae nullatione euincere possunt, praefracte tueantur, litem, nisi me omnia fallunt, facile componemus. Est quidem vox generationis satis ambigua, non tamen dubito, quin hoc loco, quando animam a parentibus generari defendunt sub eadem actum intelligent, quo mens et substantia parentum siue animae eorumdem, siue corporis, siue vtriusque, originem trahat. Stabilita hac vocis significatione aggrediamur argumentum. Quid si in eodem minorem negauerimus nam speciosa quidem est, quae pro generatione animalium a parentibus ex similitudine liberorum petitur argumentatio, verum minus solida: non enim satis euicta est similitudo animalium, quibus liberi gaudent, cum animis parentum. Si enim ea restam indubia esset, cur tot heroum filii noxae? cur pii procreant impios, eruditii stupidos saepenumero et ignauos? Quodsi vero quaedam similitudo quoque respectu effectuum concedetur: ex corporum similitudine, quae sine dubio a parentibus originem ducent, res poterit explicari; cum mentem corporis naturam plurimum sequi, et a corpore varia ratione adfici vi eorum, quae de commercio aliunde nota sunt, pateat, conf. Diss. nostra de *Commercio mentis et Corp. per influxum Phys. explicando* Sect. I. Sint enim mentes in se diuersissimae, sed similibus vtantur corporibus, effectus tamen edent quodammodo similes, quemadmodum diuersissimae manus similia instrumenta musica pulsantes similem tonum producere possunt. Imo vero, quodsi etiam mentes liberorum parentibus sua propria natura simillimae essent; aliis tamen etiam modis haec res posset

set explicari. Notum enim est originem animae ab eruditis variis modis exponi; sunt qui per *creationem* oriri mentem censent: sunt alii, qui praexistentiam animarum defendunt; sunt denique, qui originem eius per traducem tuerentur conf. IAC. THOMASII de origine animae disputatio. *Creatiani* praeferunt dicuntur, qui mentem a Deo O. M. creari contendunt eo ipso tempore, dum corpus generatur, atque sic corpori suo quasi infundi. Respondent hi potissimum materialistis, Deum O. M. aptam conuenientemque corpori mentem semper iungere; ac adeoque mirum non esse, quod mens temperamento sui corporis nec minus parentum, a quibus illud deriuatur sit accommodata; hinc quoque intellectu facile esse, cur animis quoque parentum haud dissimili corpori iunctorum non dissimilis infantis anima deprehendatur. Ex dictis nemo non intelliget, animarum a parentibus generationem, praeferunt ex eo capite, quia subinde inter liberorum mentes et parentum animos quaedam intercedit similitudo, deriuatam, sicut neum plane esse huius argumentationis fundamentum. Neque minor tantuminodo infirmo nititur talo; sed etiam maior in omni casu concedi non potest; adeoque non est vniuersalis. Concedimus quidem id, quod ita generatur ex substantia corporis composita, ut ex stamine scil. quodam seminali s. corpusculo praeformato, antea in eadem existente, originem trahat, adeo ut plurium illius compositi partium noua iunctiva oriatur, corporeae naturae merito aestimari. Ast vero, si quis cum ILLIBINTIO statuat, monadem quandam praeformatam corpori inexistentem; adeoque ens simplex antea in parentum corporibus exi-

existens siue in animalculo spermatico, siue alia etiam ratione, vna cum corporeo semine a parentis corpore segregatum, postmodum in certis circumstantiis, dum seminale, quo cingitur, corpusculum sensim euoluitur, in altiorem euehi gradum, ac sentiendi cogitandique vim sensim exserere; dici posset, in certo sensu, exortam esse animam ex substantia corporea parentum, adeoque generatam esse in eo sensu a parentibus, licet monas sit et substantia simplex. Dico tamen non sine ratione, *in certo tantum sensu* hunc animae ortum generationem posse vocari: quoniam proprie tunc anima non oritur, sed iam praecexit. Interim tamen, licet de vera animae origine nihil hoc loco determinemus, tamen dicta eum in finem, non dubito, inseruient, vt quilibet non omnino stupidus intelligere possit, in tanta modorum, quibus origo mentis potest explicari possibiliitate neque maiorem, neque minorem argumenti, contra animae nostrae immaterialitatem euidentissime euictam prolati, quidquam roboris habere; aut eidem ullum inferre detrimentum.

### §. XIIIX.

*Argum. 4) a natura substantiae petitum.*

Prioribus argumentis nihil obtinuerunt materialistae; iam oracula fundent, non quidem ex tripode prolata nec ab Apolline delphico petita; ab idolo tamen, sc. Logico illo, quod illustris VERV LAMIVS idolum tribus vocat, pondus naecta et au-

Etori-

etoritatem. Quicquid non est corpus nec  
materiale, nihil est, non est substantia, au-  
daeter pronunciant. Non dubito, quin sen-  
suum materialium rerum contemplationi  
adsuetorum praediicio, pronunciatum  
omne debeatur. Interim tamen asserti sui  
aliam proferunt rationem; omnis enim,  
inquiunt, substantia mutatur; mutatio sine  
motu nulla; Vbi motus, ibi partes et mate-  
ria: Ergo omnis substantia materialis. His  
fundamentis evincunt maiorem argumen-  
ti sui, quod clauam Herculeam putant.  
En illud: *Omnis substantia est materialis.*  
*Mens est substantia. Ergo est materialis.*

Tritum est plurimo materialistarum vnu, quod in  
Spho proposui argumentum. HOBESIVS vero  
praesertim atque COWARDVS, duumuiri primipi-  
li inter Anglos materialistas famigeratissimi, hoc te-  
lo familiariter vtuntur. Ne tamen ipsis ex antiqui-  
tate desit auctoritatis patrocinium ad TERTVL-  
IANVM prouocant, cuius pinguem crassamque  
philosophandi rationem iam supra atro carbone no-  
tauimus. Prouocat praesertim HOBESIVS in  
appendice Leuiathanis p. m. 360. ad duplex TER-  
TULLIANI effatum, quorum vnum: *Quicquid*  
*corpus non est, nec est ens: in Libro contra Apellem:*  
*alterum; omnis substantia est corpus sui generis lib.*

contra

contra Praxeam deprehendatur. Haec ut l. c. sua facit HOBESIVS; sic Leuiath. cap. IV. p. 19. *substantiam incorpoream idem esse dicit ac corpus incorporeum.* Rationes asserti in Spho prolatas, sc. quia omnis substantia per motum debeat mutari, quod tantummodo et non nisi in corpus cadere potest, ex HOBESIO citat. cel. L V D. DE LA FORGE; locum ipsum HOBESII inuenire non potui. En ergo verba auctoris citati, qui *traité de l'Esprit de l'Homme* p. 50. sequentia ex HOBESIO refert: *le Corps s'appelle substance, parce que il est sujet au changement c'est à dire, au mouvement et au repos etc.* Partant le Corps et la substance ne signifient que la même chose: ainsi ces mots Substance incorporelle, sont des termes frivoles, se detruisent mutuellement etant joint ensemble, comme qui disoit un corps incorporel. Solide quoque HOBESIVM refutatum esse a Cel. SETHO WARD O Anglo, idem DE LA FORGE refert p. 51. COWARDVS similia cum HOBESIO passim propugnauit in sua *Vindicatione rationis et religionis contra imposturas Philosophiae*, Lond. 1704. edita.

## SOLVTIO.

Precaria sunt, quibus haec nititur argumentatio. Falsa maior, *substantiam scil. omnem esse corpoream ex eo capite nunquam probari poterit*, quia nulla sine motu mutatio. Id enim ipsum et aeque precarium et erroneum est. Fatemur, omnes corporum mutationes, quae sensus nostros incurruunt per motum posse explicari; sed de eo inter nos agitatur quae-

quaestio, an non praeter corpora res dentur immateriales, anno cogitatio sit subiecti incorporei opus. Circulum sane hic manifestum video, vel petitio-  
nem potius eius, quod est in quaestione. Quaeri-  
tur, annon cogitatio sit *mutatio* a motu prorsus  
diuersa ac subiectum incorporeum requirat; HOB-  
BESIVS vero tanquam ex tripode pronunciatur,  
sine ratione vel id ipsum sibi concedi postulat,  
*omnem mutationem fieri per motum.* Si ita differere  
licet nihil profecto tam *atomov*, nihil tam  
*atomov* esset et a veritate remotum, quod Hobbe-  
siano more non posset euinci ac rigore et strenue  
demonstrari. Nihil est igitur, quod in retundendo  
obtuso Hobbesiano telo longiores moras necat.  
Cum tamen, ut supra obseruauit, hic de substantia-  
rum omnium materialitate error ex eo potissimum  
fonte deriuetur, quod homines ea, quae imagina-  
tione comprehendere non possunt, omnino non esse,  
nec fieri posse, nimis facile sibi persuadere soleant;  
tribus adhuc verbis euincam, materialistas vel eo,  
quod optant finguntque obtento, sc. posito, quod  
non dentur nisi res corporeae, vel in ipsis corpori-  
bus inuenturos esse talia, quae imaginatione com-  
prehendere non poterunt. Vnum enim fateantur  
oportet, aut corpora diuidi in infinitum posse; aut  
minus. Si prius, lubenter scire vellem, an imagi-  
natione concipere possint, multo plures esse in vni-  
ca atomo, quae in aere pensilis halitu quoquis agita-  
tur, particulas eamque partium realium copiam, ve  
arenae numerum non dicam, quae in oceano, sed in  
vniuerso terrarum orbe deprehenditur, longissime  
superet atque excedat; item quod in minutissimo

puluiscu-

puluisculo farinae non minor adsit partium multitudo, quam in monte altissimo, aut omni globo terraqueo; in vtrisque enim est infinita etc. conf. Lib. FROMMONDI *Labyrinthus Philosoph.*; si alterum amplecti, istamque corporum infinitam diuisibilitatem negare velint; neque tum imaginationi suae satisfacient: formare enim imaginem non poterunt partis, adeo subtilissimae, vt omnibus careat partibus, nec minus figura omni et magnitudine. Desinant itaque boni Viri imaginationi s. phantasiae tantopere dare operam, dominae nimium superciliosae, cui nunquam satisfacient plene, quantumcunque in gratiam et obsequium eius nuntium mittant rationi.

### S. XIX.

*Argumentum 5) ab omnipotentia Dei.*

Altius ascendunt alii, veteresque comicos imitati, dum se in angustias redactos sentiunt, Deum ex machina accersunt, suoque errori diuinam obtendunt omnipotentiam. Fatemur, inquiunt, minime nos posse explicare, quomodo materia cogitare queat. Sed cum Deus omnipotens in sua vi, qua omnia efficere valet, materiae cogitandi virtutem largiri possit: Quid opus erit entia multiplicare praeter necessitatem, substantiasque fingere immateriales ad ea praestanda, quae et dicta ratione materia-

les efficere poterunt. En argumen-  
tum: *Si Deus O. M. largiri potest ma-  
teriae vim cogitandi, res immateriales erunt  
superfluae, ac sine ratione adsumetur, men-  
tem esse a materia diuersam.* Est vero  
prius veritati maxime consonum; ergo et  
posteriorius.

Supra iam obseruauit Cel. **L O C K I V M** et **C L E-  
R I C V M** in ea versari sententia, vt, scilicet Deum,  
materiam creare posse cogitantem existimauerint.  
Ipsi quidem illi Viri docti ad materialismum stabi-  
liendum hoc suo dogmate minime sunt vni, sed de-  
derunt tamen ansam, vt idem postea alii facerent.  
Notum enim est, quem in finem hoc Lockianum  
pronunciatum adhibuerit Mr. de **V O L T A I R E**.  
Nolim iam nunc ad ea prouocare, quae in schedias-  
mate illo occurrunt, quod vulgo viro ingenioso  
tribuitur ac subiunctum legitur tractatui Cel. **R E I N-  
B E C K I I** supra citato; cum enim Mr. de **V O L T A I-  
R E** se illius foetus parentem dici nolit; alium cita-  
bo locum. Conf. enim eiusdem *Lettres ecrites de  
Londres sur les Anglois*, Francof. recus. 1735. p. 75.  
*Je suis corps, ibi inquit, et je pense, je n'en en sais  
pas davantage. Irai je attribuer à une cause inconue  
ce, que je puis si aisement attribuer à la seule cause  
seconde, que je connois.* Evidetur vero paulo post,  
quod facillimo, vt assuerat, negotio materiae ad-  
scribi possit cogitandi vis et potentia, ad Dei prouo-  
cat vim infinitam, omnesque eos arguit impietatis,

qui

qui eam esse materiae ad cogitandum impotentiam tinentur, ut ne quidem diuina omnipotentia, cogitans materia, quippe quae absolutam inuoluit contradictionem, produci possit. En more suo, id est poëtarum vel oratorum, suam causam propugnantem: *En effet, quel est l'Homme, qui osera assurer sans une impieté absurde, qu' il est impossible à créateur de donner à la matière la pensée et le sentiment?*

## SOLVTIO.

Brevis hoc loco esse potero, cum ea, quae supra demonstrauimus (§. IIX.) nobis otium faciant. Eucimus nimirum eo loco, summam esse ac prorsus absolutam materiae ad cogitandum impotentiam, si materiam cogitantem id esse, quod Philosophi dicunt, contradictionem in adiecto. Eam quoque ob rationem fieri non posse, ut vel Deus O. M. eiusmodi non-ens producere possit, cum salua, quam summae Conditoris nostri adoranda deque maiestati debemus reuerentia, afferere queamus, eius omnipotentiam ad impossibilitia absolute talia se non extendere. Negamus igitur non sine ratione minorem, vel antecedens argumenti prolati: videlicet fieri posse, ut iners materia salua sua essentia vel ab infinitis diuinis viribus cogitandi virtute possit donari. Si qui sint Lectores adeo imbecillis animi, (quod tamen ut mihi persuadeam vix a me impetro,) ut his offendantur innocentibus ac a tot viris Dei maiestatem nobiscum ex animo colentibus, visitatis loquendi formulis; eos etiam atque etiam rogo, ut non puerorum more verborum sonos, sed subiectam

eisdem vim et potestatem spectent. Non dubito, quin ea ratione intelliget, assertum nostrum minime venerationi esse aduersum, quam Deo O. M. debemus; verum potius illam Deo indignam esse sententiam, si quis contradictoria in Deum cadere asserat. Sic enim Deus O. M. quoque semet ipsum destruere posset; Quod quam absconum sit, per se patet. Haec vero cum supra iam pluribus exposita sint, hoc loco non iterum proferam in medium, praesertim cum non dubitem, Cl. de VOLTAIRE hoc loco non tantopere id vocare in dubium, an diuina omnipotentia se ad absolute contradictoria extendat; (qua in re meliora de eius ingenio excitationi sentimus, quam ut eum haec statuere nobis persuadeamus;) quam potius id in suis oratoriis exclamationibus supponere, quod materia cogitans rebus absolute contradictoriis minime sit adscribenda. Quodsi hoc loco euidentissimae nobis defensent demonstrationes, fatemur, praecipitis id futurum animi indicium, nec magnitudinem diuinae omnipotentiae expendentis, ea tueri, quae V. C. impugnat. At at! ex nostris demonstrationibus contrarium omnino patet: euicimus enim materiam cogitantem, ac circulum triangularem aut quadratum trilineum eiusdem familiae esse consortes, id est absolute contradictoria et plane impossibilia. Quae cum ita sint, meliora de Viro ingeniosissime docto speramus; (si tantus est ipsius veritatis amor, quantum *in elementis Philos. Newtonianae* praeferre videtur,) quam ut re curatius pensitata eam ulterius calculo suo probaturus sit sententiam, quae scripta eius, arte insigni et ingenio excogitata, bru-

tae materiae in cerebro circulanti, aut coeco fatali-  
que atomorum in cerebello concursui originem de-  
bere perhibet, quae tamen nos, qui longe meliora  
de eodem sentimus, merito, principio adscribimus  
multo excellentiori.

## §. XX.

*Argum. 6) ab animarum brutorum  
exponit immaterialitate.*

Flectere si superos nequeunt Materialis-  
tae, nec in DEI O. M. omnipotentia,  
quod quaerunt, malae suae causae praesi-  
dium inuenire, brutorum animas in  
subsidiū vocant; nil interesse rati,  
vnde argumenta corradant, modo vin-  
cant. Est quaedam, imo magna sae-  
pe, quae brutorum hominumque ani-  
mas intercedit similitudo; minimum co-  
gitationes omnes, quantumcunque sint  
imperfectae, iisdem denegandae erunt.  
Sunt vero haud pauci Philosophorum,  
qui materiales brutorum animas sta-  
tuunt. Hinc euidentissime cogi posse  
existimant, cogitandi potentiam non re-  
pugnare materiae. Distincte proponam  
ratiocinium: *Animae brutorum sunt ma-*

teriales ; sed animae brutorum cogitant.  
*Ergo quoddam quod cogitat materiale erit.*  
*Materiae ergo non repugnat cogitatio, et*  
*mens nostra minimum materialis esse poterit.*

Idem Mr. de VOLTAIRE, qui prioris argumenti auctor fuerat, praesenti quoque non omnino dissimile, telum conluta arte euibrauit, idemque quadam etiam ratione cum suo priori connectit. Ita enim loco citato loquitur : *Les Betes ont les memes organes que nous, les memes sentiments, les memes perceptions; elles ont de la memoire, elle combinent quelques idees.* -- *Les betes selon vous ne peuvent pas avoir une ame spirituelle; donc malgre vous il ne reste autre chose a dire, si non que Dieu a donne aux organes des betes, qui sont matiere, la faculte de sentir et d'apercevoir, que vous appellez Instinct dans elles.* *Et qui peut empêcher Dieu de communiquer à nos organes plus deliez cette faculte de penser, que nous appellons Raison humaine.* Multo vberius idem in Epistola, Reinbeckiano tractatui subiuncta, argumentum exponitur. Neque tamen primus idem protulit Dom. de VOLTAIRE; antiquius enim esse hoc materialistarum ratiocinium ex BAXTERO colligo, qui l. c. p. 523. sequentem materialistarum obiectionem profert: *By Sense, Imagination, Cognition, Reason, you cannot prove the Soul to be incorporeal, because the Bruits partake of these; whose Souls are material and mortal.* Sanctissimum tamen Scriptorem SALOMONEM similem ob rationem in materialistarum castra transisse, quicunque ex Ecclesia-

clesiastic. III. 21. colligere voluerit, nae is diuino homini summam faciet iniuriam.

## SOLVTIO.

Iam diu est, ex quo brutorum animae pluribus inter eruditos disceptationibus ansam dederunt. In utramque vero partem peccasse videntur haud pauci, qui de re non omnino faciliter suas proposuerunt sententias. Sunt enim, qui nimium brutorum animalibus tribuunt, imo vel eandem, vel maiorem eisdem, quam hominibus excellentiam adscribunt. Notissimus est hac in re RORARI libellus, *quod bruta animalia ratione melius videntur quam homines*, quem Vener. RIEBOVIVS eruditis notis recudendum curauit, Helmst. 1739. Mr. de la CHAMBRE *traité de la connoissance des animaux* parum ab ista sententia videtur fuisse remotus. Ut iam de MONTACVTII syllogismis non dicam, quos texere canes inter venandum serio asseruit, referente KENELMO DIGBEO tract. de *immortalitate animae* p. 40. Ex altera vero parte hos euitaturos errores, in contrarios incidit CARTESIVS, qui prorsus carere animis bruta s. meras esse machinas lerido ausu defendere instituit. Neque tamen primus paradoxi auctor fuit: GOMEZIVS enim PEREYRA in libello, cui nomen *Antoniana Margarita* fecit, quia patrem *Antonium*, matrem *Margatham* venerabatur, similis fabulae inuentorem iam ante ipsum egisse perhibetur. Verum enim vero Scholasticorum plerorumque sententias mihi expendenti, verbis magis, quam rebus a CARTESIO discrepasse videntur. Animas enim materiales statuerunt, easdemque siue aëreo-aethereas, siue ex

alia quadam subtili materia constantes, quae sensum motumque in brutorum corpore perficiat. Horum, ni fallor, opinionibus suum superstruxit argumentum Mr. de VOLTAIRE. At licet scopo forsan laudabili, Viri quidam boni, brutorum mentes materiales statuerint, male intellectis forsan S. Scriptuae dictis seducti; tamen a veritatis tramite eosdem longissime deuiasse minime dubito. Mens enim brutorum, cui omnem cogitandi vim non denegamus ex iisdem rationibus, quas pro impotentia materiae ad cogitandum omnimoda supra adduximus, immaterialis necessario esse debet. Minime igitur nos ferit in spho adductum Materialistarum argumentum; videant Scholastici, quomodo se contra Cel. VOLTAIRIVM defenderint, nos eorumdem causam agere merito detrectamus. Absit tamen a nobis, ut ideo brutorum animas eiusdem prorsus speciei cum humanis esse statuamus, aut eum calculo nostro probemus errorem, quem supra in RORARIO improbauimus. Quae vero ad stabilendam erroneam hanc quoque sententiam protulit auctor MSc. supra citati, où l'on soutient, que c'est la matière, qui pense; eleganter et solido suo more iam excusfit Ven. REINBECKIVS l. c.: Hinc ut eadem pluribus hoc loco refutemus, opus non erit.

### §. XXI.

*Argum. 7) ab eo petitum, quod omnia mentis Phænomena ex materia et motu possint explicari.*

Vltimum, quod tamen Materialistæ non in postremis numerant, argumentum,

tum, prioribus horum hominum copiis iam in fugam coniectis, paucis adhuc-  
dum expendere iuuat, quo eneruato re-  
liqua turba, nisi me fallunt omnia, si-  
mul profligabitur, nobisque licitum erit,  
polemicae huic nostrae sectioni, quae  
vereor, ne iam nimium excreuerit, B.  
C. D. imponere colophonem. *Si phae-  
nomena mentis omnia, inquiunt materia-  
lium animarum Promachi, si sensus, ima-  
ginatio, memoria, ratio, voluntas et quae  
reliqua in mente deprehenduntur, cuncta  
per materiam motumque explicari pote-  
runt, quid opus erit entia multiplicare  
praeter necessitatem?* Possunt vero, per-  
gunt, singula mentis obseruabilia non so-  
lum aequa bene, verum etiam multo me-  
lius per motum et materiam explicari: Su-  
periuacaneum igitur erit ac rationi minus  
consentaneum ad rerum immaterialium fru-  
stra excogitatas naturas configere.

*Vniuersale materialistarum, omnibusque illis, qui  
ex hac tribu philosophi videri volunt, propemo-  
dum commune argumentum, id quod praefens fistit  
Sphus, haud iniuria vocari poterit. Vix enim quis*

quam est, qui hoc palladio non plurimum fidat ac eam ob causam omnes intendat nerois, ut ex certis materiae motibus mentis phaenomena deducat, atque quomodocunque explicet. Sic ex atomorum motibus varias explicare mentis actiones ac mutationes, LVCRETIVS olim allaborauit. Recentius HOBESIVS, non quod pueri in faba, se se inuenisse existimans, sensionem per reactionem organi sensorii explicat. Ita enim in suis Philosophiae elementis. Phys. c. XXV. §. II. p. 194. sensionem generice definit: *Sensio est ab organi sensorii conatu ad extra, qui generatur a conatu ab obiecto versus interiora, eoque aliquandiu manente, per Reactionem factum Phantasma.* Phantasmata vero §. I. p. 193. dixerat non esse, nisi quasdam corporis sentientis mutationes. Simile saxum COWARDVS voluit, qui per redeentes in continuum circulum spiritus animales, cogitationum ostendere ortum conatus est. Operosius vero idem egit, auctor Anonymus libelli *Concordia Rationis et Fidei*, qui STOSCHIO adscribitur a Ven. REIMANNO Histor. Atheismi p. 512. Est idem ad manus in MSto; typis expressum hoc scriptum paradoxis et erroribus satis refertum, quia rarius occurrit, videre nondum licuit. Dabo verba auctoris, quibus suam de mente sententiam exhibit: *Mibi, inquit, minime absurdum videtur, mentem hominis definire, quod sit melior pars hominis, quae cogitare potest, et quandoque cogitat, constans cerebro et infinitis eius organis varie modicatis affluxu et circulatione materiae subtilis, itidem diuersi mode modificatae, tam per varia et infinita organa cerebri, quam vi impulsus 1) imaginum*

num in phantasia impressarum, 2) sensuum et obiectorum, tanquam causarum proximarum, 3) deinde circulationis sanguinis, 4) respirationis, 5) aeris, 6) Dei, qui est causa prima et motor causarum secundarum. Deus enim mouet aerem, aer efficit respirationem. Respiratio promovet circulationem et fluxum sanguinis et spirituum. Spiritus hinc inde fluentes objectis incurrentibus mouent sensus; sensui imprimuntur imagines. Ex imaginibus oritur cogitatio, quae nil aliud est, quam actus mentis motae ad considerationem idearum et obiectorum. Idea vero nil aliud est, quam obiectum immediatum mentis siue sit imago siue cogitatio menti denuo ad contemplandum obiecta, in Append. de Anima p. 73. Quemadmodum vero ex dictis, quomodo cogitatio oriatur, perspicuum esse existimat S. TOSCHIUS; sic quoque reliqua omnia mentis phaenomena facile explicari posse tuerur.

## SOLV TIO.

Multa promittunt magna que, Materialistae, sed pauca praestant; imo quod alicius momenti sit in hoc negotio, plane nihil. Gratis vero eisdem minorem concedere omnino non possumus, videlicet, quod mentis operationes quaecunque per materiam et motum explicari queant. Saepe saepius prolatas materialistarum explications plurima mentis attentione expendi, num inesset aliquid, quod speciem haberet, inquisitus; sed semper parturire mentes expertus sum euentu per fabulam noto, id est, distinctam quidem promittebant explicationem phaenomenorum, dimittebant magis confusum ita, ut cuni comico merito dicere potuerim: fecisti probe,

probe, incertior sum, quam paulo dudum. Summa quandoque imis miscent, causasque cumulant, et ne desit in numero latibulum, vel ad infinita cerebri organa cum **s T O S C H I O** confugiant; et tamen omni eiusmodi labore efficiunt nihil, quam ut eo evidenter appareat, rem sine praeiudicio exponentibus, eosdem cum ratione ineptire. Ex omnibus quidem, quos unquam legi Hobbesiana, a **s T O S C H I O** promota magis, cogitationem per motum explicandi ratio aliquantulum speciei habere videbatur. Quam vero vnde rei impossibilitas et nugae transpareant, vel paucissimis verbis ostendi poterit. Concepit sibi Author, quantum ex satis obscuris eiusdem explicationibus intelligere licuit, cogitationes per motum spirituum animalium scilicet fluidi neruei et sanguine, qui cordis motu ad cerebrum continuo pellitur, secreti ad organa sensoria appulsu et reactione versus impressionem in organis sensoriis factam. Ast quaeso, perpendant paululum Benevoli Lectores, hanc explicationem in trutina rationis. Videbunt mentis oculo ad rem attenti, in corporis machina quidem varios materiae et fluidorum fluctus; concipient sibi animo tumultuantem in cerebro materiem; appulsus tandem obseruabunt tot fluidarum partium, tanti gregis ac multitudinis substantiarum minutissimarum, ex quibus fluidum istud constat, ad organa sensoria v. g. oculum, dum obiectum aliquod videmus ac eiusdem nobis sumus consci. Quis vero est, qui ex ipsis motibus intuitum differentiae rerum intelligat? qui conscientiam sui ipsius oriri sentiat? qui ratiociniorum soliditatem, ingenii acumen ipsis absolui tumultibus ac circu-

circulationibus animalium spirituum, aut ex subtillissimorum fluidorum concursu originem ducere posse, perspiciat. Quis vñquam sanus formicarum in suo aceruo reptatum, syllogismum esse, aut demonstrationem circulari aut rectilineo motu absolui sibi persuaderi patiatur. Egregie Ill. LEIBNITIUS in hanc rem differit: *Quodsi fingamus dari machinam, quae per structuram cogitet, sentiat, percipiat; non obstat, quo minus iisdem proportionibus retentis sub maiore mole construi concipiatur, ita ut in eam aditus nobis pateat, tanquam in molendinum. Hoc supposito intus nihil deprehendemus, nisi partes se mutuo impellentes, nec vñquam aliud quicquam, per quod perceptio explicari possit. Hoc itaque in substantia simplici, non in composita machina quaerendum.* conf. Princip. Philos. ex edit. HANSCHIIP. 4. §. XVII. Quam belle igitur materialistae, cogitationem ex motu explicaturi, stent promissis, ex dictis constat. Ut iam de eo non dicam, quod mentis libera determinatio cognitis motus legibus omnino repugnet, quippe quae ad suos motus externa semper causa eget; adeoque multo minus a materialistis ex motu poterit deduci. Poterunt quidem materialistae cum aliqua specie explicare, cur mens ita cum corpore consentiat; cum ex eorum mente non nisi quaedam corporis pars sit. Ast parum id eorum causam iuuare potest, cum praecipuas mentis facultates, cogitandi, volendique potentiam ita explicit, nil vt fieri possit ineptius; cum tamen illa mentis cum corpore conspiratio concessa eiusdem indiuidua natura nihilominus tamen explicari, imo variis etiam modis possit. Quae cum

cum ita sint omnia, mirum omnino videri possit, quā fiat, vt tam inconditus error nostra aetate, quae tota videri vult philosophica, vel vnum inuenire potuerit patronum, nisi rationes suasoriae in antecedentibus nobis allegatae non nudius demum tertius, sed inde ab orbe condito mortales ad absonta quaeque amplectanda, praecipites egisse ex omnis aeui historia satis constaret, atque hic etiam maxime locum haberet, quod Mr. de VOLTAIRE alicubi haud abs re asseruit, *que les fables les plus hardies sont celles, qui sont les mieux reguës de la foible imagination des hommes.* Iis tamen, qui veritatem ex animo quaerunt, eandemque ingenuo complectuntur amore, quae diximus ad stabiliendam naturae mentis nostrae prae bruta inertique materia excellentiam, non dubitamus, sufficient. Adeoque opeljae nostrae hic Q. F. F. Q. S.

## TERMINVM STATVIMVS

- Deum ex animo precati, vt qualemcunque hunc laborem utilem esse iubeat ad auerruncandos errores nostra aetate serpentes, virtuti veraeque religioni maxime noxios; TE vero L. B. vt, si quae lima indigere vltiori TIBI videbuntur, veniam concedas idem vltro confessis; si quae vero recte dicta fuerint, gloriam soli Deo tribuas.

*Deo O. M.*

*Mentium Conditori soli sit Honor,  
Laus et Gloria.*

\* I N D E X \*

**Auctorum et Librorum in hisce Commentationibus allegatorum.**

A.

- Abbadie de la verité de la religion chretienne* 250
  - Abicht diff. de commercio mentis et corporis* 49
  - Academicorum de motu mentis opinio* 129
  - Acta eruditorum* 56. 96. 171. 178. 179. 245. 246  
- - Synodi Nicaenae secundae 207
  - Aletophili (Hieron.) Erinnerung auf die Gegenmehnungen Herrn Rüdigers* 233
  - Alphonsi, Castiliae regis, irreuerens erga Deum dictum* 115
  - Altstadius* 103
  - Anaximenis de mente opinio* 227
  - Andala (Ruard.)* 43  
- eiusd. diff. de vnione mentis et corporis physica 52
  - Anonymous Concordia Rationis et Fidei* 314
  - Apollonius* 98
  - Archimedes* 99
  - Aristoteles* 291. illius definitio animae 229 sq. de sede  
mentis opinio 126. it. de illius motu 129  
- περὶ Φυγῆς 129. 208. 215. 227. 230
  - Aristoxeni de animo opinio* 228
  - Arnaldus refutat sistema causarum occasionalium* 52
  - Aslachus* 103
  - Arbenagorae de statu animae post mortem opinio* 206 sq.
  - Augustinus de origine animae* 275 sq. 283
- B.
- Baelius est contra Harmoniam prae stabilitam* 6. eius me-  
dela materialismi proponitur 252 sq. 258. et refelli-  
tur 258 sqq. ei. *Dictionnaire Historique-Critique* 6.  
41. 56. 58. 63. 117. 119. 228 sq. 254. 258. 259
  - Barrouii lectiones mathematiae* 189
  - Baxter*

# INDEX I.

- Baxter (Richard.) defence of the souls immortality against  
the Somatists or Epicureans and other Pseudo-Philoso-  
phers 207. 293. 298. 310
- Bayle v. Baelius.*
- Berckleius*, idealista 77
- Bernard Nouvelles de la republique de lettres* 217
- Bernouillii discours sur les Loix de la communication des  
mouvements* 180
- Bilfingerus v. Bülfingerus.*
- Boerhaave institutiones medicae* 22
- Boethii consolatio philosophica* 144
- Bonartes de concordia rationis et fidei* 34
- Borellus (Alphons) de motu animalium* 35
- Boyle (Robert.) de utilitate philosophiae experimentalis*  
233
- Braunius* 209
- Briefwechsel (vertrauter) zweyer guter Freunde vom Wesen  
der Seele* 229. 284
- Buddeus de atheismo et superstitione* 217. 285.  
- philosophia theoretica 285
- Bülfingerus* 168. 180. 185. fautor et promotor systema-  
tis Harmoniae praestabilitae 7. Cartesum ex parte  
influxionistam pronunciat 52. refutat sistema causa-  
rum occasionalium 52. quomodo Harm. Praestab. sy-  
stema stabilire sit annis 68 sq. illius definitio exi-  
stentiae examinatur 80
- ei. dilucidationes philosophicae 18. 68. 77. 103. 107.  
137. 187. 196. 206. 252. 278
- tr. de Harmonia praestabilita 18. 35. 43. 50. 52. 57. 60.  
63. 68. 117. 119. 187. 190. 193.
- Caesarii dialogi* 207
- Campanella de sensu rerum et magia* 102. illius de sede  
mentis opinio 126
- Cantzii usus philosophiae Leibnitianae in Theologia* 107
- de ciuitate Dei 145. 273
- Ontologia polemica 150. 261
- de immortalitate animae 245
250. 269. 294
- Cardanus*

# AVCTORVM ET LIBRORVM.

<i>Cardanus</i> 102. de proportione	99
<i>Cartesius</i> , 78. 168. 169. an sit inventor systematis causarum occasionalium 4. 52. sq. an fuerit influxionista 52. illius de sede mentis opinio 127. cur influxum physicum reiecerit 178. bruta esse machinas et carere animis afferuit	311
<i>ei. Epistolae</i>	53
- - principia philosophica	79. 159. 167. 178
<i>Catius</i>	268
<i>ei. T' Samen-Spraek tüscher Zielen Lichnaem</i>	276
<i>Chambre</i> (de la) traité de la connoissance des animaux	311
<i>Chauuini lexicon rationale s. thesaurus philosophicus</i>	244
<i>Chrysippus</i> vnde materialismum probare voluerit	293
<i>Ciceronis quaestiones Tusculanae</i>	213. 215. 228
<i>Clarckius</i> impugnat Harmoniam praestabilitam	6
<i>Claubergius</i> fautor systematis causarum occasionalium	52
<i>eiisd. ontologia</i>	81
<i>Claudianus Mamertus de statu animae</i>	207
<i>Cleanthes</i> materialista	284. 288. 297
<i>Clericus</i> (Io.)	306
<i>ei. pneumatologia</i>	64
- - <i>Opera philosophica</i>	285
<i>Commenii orbis sensualium pictus</i>	276
<i>Commentarii academie regiae Parisinae</i>	57
- - academie Petropolitanae	180
<i>Connoris</i> (Bern.) de sede mentis opinio	127
<i>Cordemoy</i> Catrefio adstipulatur quoad sistema causarum occasionalium 5. de distinctione mentis et corporis 5	5
<i>Coutures</i> (Baro de) Lucretii libros in gallicum transtulit sermonem	287
<i>Cowardus</i> , materialista	72. 282. 302. 314
- - vindicatio rationis et religionis contra imposturas Philosophiae	303
<i>Croza</i>	43
<i>Croufaz</i> 180. systeme des reflexions	54
<i>Cudworth</i> Systema intellectuale	217. 269. 272. 283

LIBRARY INDEX LIBRARY

D.

- Democritus* corpuscularis philosophiae patronus 219.  
284. eius de mente 227. et de sede mentis opinio 127  
*Derodon* 83  
*Dicaearchus* materialista 72. 284. animam nihil esse di-  
xit 227. quo sensu illam concederit 228  
*Digbaeus* (Kenelm) de immortalitate animae 269. 311  
*Diogenes Laërtius* 215. eius de sede mentis opinio 126  
*Dittoni* (Humphred.) veritas religionis christiana ex re-  
surrectione Christi probata cum appendice 207. sq.  
217. 250  
*Dodwellus*, materialista 72

E.

- Elswich* (Io. Herm. ab) diff. de recentioribus circa ani-  
mam controvserfis 127  
*Empedoclis* de sede mentis opinio 126  
*Epicurus*, materialista 72. 219. 284. 287. illius de mente  
227. et de sede mentis opinio 126  
*Erasistrati* de sede mentis opinio 127  
*Euclides* 98  
eius elementa 184. 188. 189  
*Endoxus* 184  
*Fabricii* (Albert.) syllabus scriptorum, qui de veritate  
religionis christiana egerunt 269  
*Feuerlini* obseruationes eclecticae ex controvserfia Leib-  
nitio-Wolfiana 64. 69  
- (Conr.) diff. de fundamento immortalitatis, imma-  
terialitate animae 218  
*Fontenelle* eloge historique de Mr. Leibnitz 57  
*Forge* (Ludou. de la) Cartesio fauet circa systema causa-  
rum

## AVCTORVM ET LIBRORVM.

rum occasionalium 5. 52. de mente humana	5. 49
	III. 124
- - traité de l'esprit de l'homme	303
<i>Foucherius</i> 35. obiicit contra Harmoniam praestabilitam 6	
<i>Fromondus</i> (Libert.) 126. ei. Scholastica de anima do-	
etrina	48. 175
- - <i>Labyrinthus continuus</i>	83. 305
 <i>G.</i> 	
<i>Galenus</i> de constitutione artis	258
- - de elementis	258
<i>Galei</i> (Theoph.) philosophia generalis	268 sq.
<i>Glissonius</i>	103
<i>Goclenii</i> Lexicon philosophicum	18. 42. 73
<i>Gottschedius</i> 43. III. 160. 246. influxus physici et Leib-	
nitiae philosophiae patronus	11
ei. diss. vindiciae Physici influxus 11. 52. 151. 156. 162. 169	
- - compendium philosophiae Germanicum	55
- - diss. de commercio mentis et corporis per influxum	
Physicum explicando	299
<i>Grand</i> (Anton le) 261. fautor systematis causarum oc-	
casionalium	52. 261
<i>s' Grauesande</i> elementa physices mathematica	180
- - praefatio ad institutiones philosophiae Neuto-	
nianae	180
<i>Grotii</i> de mentibus separatis opinio	207
 <i>H.</i> 	
<i>Hällische Anzeigen</i>	292
<i>Hambergerus</i> fautor systematis causarum occasionalium 52	
<i>Hamel</i> (du) de corpore animato	22
<i>Hanschii</i> principia philosophiae Leibnitiae more geo-	
metrico demonstrata	56. sq. 171
<i>Heereboord</i> fautor systematis causarum occasionalium 52	
<i>Heitfeldus</i>	103

INDEX I.

- Helmontius* (Io. Bapt.) 139. ei. de sede mentis opinio 126.  
 animae figuram tribuit 274. sq. ei. opera 274
- Heraclitus* mentis cognitionem difficultem pronunciat 215
- Hermannus* (Jac.) 180  
 ei. phoronoma 181
- Herophili* de fede mentis opinio 127
- Hipponis* de mente opinio 227
- Hippocrates* 32
- Histoire du renouvellement de l'Academie Royale des sciences* 57
- Hobbesius* 263. materialista 72. 219. 284  
 ei. Leuiathan 284. 302. 303  
 - - elementa philosophiae 314
- Hofmanni* (Frid.) medicina systematica 22
- Hollmannus* 43. influxus Physici et philosophiae Leibnitiana patronus 11  
 ei. institutiones philosophicae 11. 18  
 - - diff. de Harmonia praestabilita 11  
 - - de anima humana sibi ipsi ignota 127. 215
- Huetius* refutat systema causarum occasionalium 52  
 ei. censura philosophiae Cartesiana 79
- Hugenius* 53. 179. 180
- I.**
- Iaquelotius* 30  
 ei. tr. de l'existence de Dieu 217
- Ioannis, Episcopi Thessalonic.* opinio de statu animarum separatarum 207
- Journal des Scavans* 6. 41. 56. 68. 79. 179. 204
- K.**
- Keilii introductio in veram physicam* 77
- Keplerus* 242
- Kingius de mali origine* 147
- Kircherus* 164

Knut-

AVCTORVM ET LIBRORVM.

<i>Knutzen</i> diff. de aeternitate mundi impossibili	77
- - animaduersions in demonstrationem Schreiberianam	106
<i>Kortholtus</i> , editor epistolarum Leibnitianarum	95
<i>Kreuschneri</i> diff. de origine idearum	49. 57
L.	
<i>Lactantii</i> de sede mentis opinio	126 sq.
- - de opificio Dei	127
- - institutiones diuinae	228
<i>Lamius</i> f. <i>Lamy</i> 56. contradicit Harmoniae praestabilitae 6 ei. traité de la Connoissance de soi même	6. 259
<i>Leibnitius</i> 53. 75. 78. 79. 81. 85. 100. 103. 110. 120. 169. 171. 178. 179. 180. 187. 192. 195. 203. 242. 243. 246. 251. 254. 265. 300. auctor Harmoniae praestabilitae 6. 56. decem annos in polienda hac hypothesi consumxit 41. quomodo probare illam sit annifus 68. Cartesium influxionistam ex parte pronunciat 52. refutat systema causarum occasionalium 52. illius hypothesis de anima a corpore separata	203
ei. Theodicea	14. 52. 56. 78
- - Recueil de diverses pieces	6. 56. 83. 204
- - histoire des ouvrages des Scavans	56
- - Epistolae	56. 95. 96. 101. 125. 132
- - principia philosophiae	56. 96. 317
- - comm. de anima brutorum	96
- - praefatio ad Nizolium de vera ratione philosophandi	115
- - annotationes in Kingii libellum de mali origine	147
<i>Leucippus</i> corpuscularis philosophiae patronus	219. 284
eius de mente opinio	227
<i>Licetus</i> (Fortun.) de animarum cum corporibus coextensione	126
<i>Linus</i>	139
<i>Lippii</i> (Iust.) dissertationes Physiologicae	215

INDEX I.

- Lipstorpii* (Dan.) appendix speciminum philosophiae Cartesianæ 97  
*T. Lockius* 121. 306. de intellectu humano 64. 264. 285  
*Lucretius Carus* 24. materialista 284. 314. impugnat animalium immaterialitatem ac immortalitatem 283. 287  
 - - de rerum natura 287  
 - - opera a Mr. le Baron de Coutures gallice edita 288

M.

- Macrorinus* 180  
*Maimoniās Moreh Neuchim, s. doctor perplexorum* 259  
*Malebranchius* (Nicol.) 120. 121. Cartesii systema causarum occasionalium exornat 5. 52. quomodo probare illud sit annis 68  
 ei. Entretiens sur la Metaphysique 5  
 - - de inquirenda veritate 5. 63. 68  
 - - meditations chretiennes 162  
*Mamertus v. Claudianus*  
*Marquardt* diss. de Harmonia praestabilita 57  
*Memoires de Trevoux* 16. 45  
*Montacutius* syllogismos inter venandum texere canes afferuit 311  
*Morus* (Henn.) 139. Cartesianos Nullibistas appellat 124  
 ei. enchiridion metaphysicum 260. 272 sq.  
*Moshemius* Cudworthi sistema intellectuale Latine vertit 271

N.

- Nemesius de natura hominis* 227. 230. 288. 293. 297  
*Newtonus* 83. opponit se Harmoniae praestabilitae 6  
 ei. principia philosophiae rationalis mathematica 182  
*Niewentitius vom rechten Gebrauch der Welt-Beschauung* 34  
*Nizolius* de vera ratione philosophandi 115  
*Nouvelles de la republique des lettres* 178

O. Ori.

AVCTORVM ET LIBRORVM.

O.  
Origenes platonizat 207

P.

- Paracelsus vid. *Theophrastus*.  
 Parmenidis de sede mentis opinio 126  
 Paschii diff. Entelechia vox et crux metaphysicorum 230  
 Pereyrae (Gomez.) Antoniana Margarita 311  
 Petavii (Dionys.) theologia dogmatica 207  
 Philonis Opera 213  
 Philotimi de sede mentis opinio 126

Plato animabus separatis subtile tribuit corpusculum  
 206. eius opinio de sede mentis 127. nec non motu  
 illius 129  
 Plotinus 145. 206. per tres dies cum Porphyrio de vno-  
 ne mentis et corporis differuit 41  
 ei: Enneades 260

Plutarchus de placitis philosophorum 126. 129. 227. li-  
 ber aduersus Colotem 258

Poiret (Petr.) cogitationes rationales de Deo, anima et  
 malo 124

Polenus de castellis 180

Porphyrii vita Plotini 41

Proclus 206

Protagorae de sede mentis opinio 126

Pythagorae definitio animae 229. sq. it. opinio de motu  
 animae 129

R.

Raphson 83. materialistis subtilioribus adnumeratur 75

Regis fautor systematis causarum occasionalium 52

Reimanni Historia Atheismi 314

Reinbeck von der Unsterblichkeit der Seele 220. 250

Reinhardi diff. de controversiis recentioribus de spiri-  
 tu 283. 306. 312

Reinhardi diff. de controversiis recentioribus de spiri-  
 tu 217

Rich-

INDEX.

- Richterus* 43. influxus Physici et Leibnitianae philosophiae patronus 11  
 ei. diss. de machina et spiritu 11. 44  
*Ridigerus v. Rudigerus*  
*Ritschelii* contemplationes metaphysicae 103  
*Rorarii* libellus, quod bruta animantia ratione melius vtantur, quam homines, a Riebouio editus 311  
*Rudigerus* materialistis subtilioribus adnumeratur 75.  
 ei. Herrn Wolffens Meynung vom Wesen der Seele und eines Geistes überhaupt, nebst Herrn Rüdigers Gegenmeynung von demselben 273. 285. 293  
 233. 293
- S.
- Schacheri* diss. de consideratione animae rationalis medica 127  
*Schlosserus* refutat Abichtii sententiam de commercio mentis et corporis 49  
*Schottus* 164  
*Schreiber* (Io. Frid.) elementa medicinae physico-mathematica 201  
*Scribonius* 103  
*Senecae* quaestiones naturales 215  
*Seuerinus* 103  
*Spinoza*, 121. 245. materialista 72. 219. 284  
 ei. Opera Posthuma 246  
*Stablius* aduersatur Harmoniae praestabilitae 6. enodationes et negotium otiosum 6  
*Steuirus* 2  
*Stoici* liberorum similitudinem cum parentibus statuerunt esse indicem corporeae mentis naturae 297  
*Stoschius* (Frid. Wilh.) materialista 219. illi tribuitur libellus, Concordia Rationis et Fidei 314  
 ei. concordia rationis et reuelationis 284  
*Strabonis de sede* mentis opinio 127

AVCTORVM ET LIBRORVM.

*Sturmius* fautor systematis causarum occasionalium 52  
*Syrbius* 49

T.

<i>Tacqueti</i> (Andr.) theses triumphales	97
<i>ei.</i> appendix geometriae	97
<i>ii.</i> opera mathematica	97
<i>Tertullianus</i> 282. illius de animae figura somnia	275
<i>- liber contra Apellem</i>	302
<i>- liber contra Praxeam</i>	302 sq.
<i>Thales</i>	102
<i>Theodosii</i> sphaerica	98
<i>Theon</i>	189
<i>Theophrasti Paracelsi</i> de sede mentis opinio	126
<i>Thomasius</i> (Christ.) vom Wesen des Geistes	285
<i>Thomasii</i> (Iac.) disp. de origine animae	300
<i>Thummigii</i> institutiones philosophicae	162
<i>ei.</i> diff. de immortalitate animae	206
<i>Tolandus</i> , materialista	72
<i>Tourneminius</i> (P.) 15. mutuam mentis in corpus, huiusque in mentem negat actionem	45
V.	
<i>Vallini</i> (Renat.) notae ad Boetium	207
<i>Verulamius</i> (Baco) 300. de augmentis scientiarum 69. sq.	
<i>- nouum organon</i> scientiarum	103. 208
<i>Vienna</i> (Realis de) refutauit librum Thomasi vom Wesen des Geistes	285
<i>Vincentii Victoris</i> de anima somnium	275 sq.
<i>Voetii</i> (Paul.) philosophia prima reformata	239
<i>Voltaire</i> 312. 318. sub eius nomine edita epist. Gall. où l'on soutient, que c'est la matiere qui penfe 219. sq.	
<i>- 229.</i> 285	

M Y L O R I A   I N D E X   I N O T C V A

<i>Voltaire</i> lettres sur les Anglois	285. 306. 310
- - elementa Philosophiae Neutonianae	308
<i>Vossi</i> sen. de animabus separatis opinio	207

W.

<i>Walchii</i> Philosophisches Lexicon	73. 285
<i>Wallisi</i> tractatus elencticus aduersus Marci Meibomii dialogum de proportionibus	189
<i>Wardus</i> (Seth.) refutauit Hobbesium	303
<i>Weidlerus</i>	120
<i>Willisi</i> de sede mentis opinio	127
<i>Wittichius</i> fautor systematis causarum occasionalium	52
<i>Wolfi</i> 43. 52. 78. 90. 193. 243. 244. 265. 276. ornat et promouet systema harmoniae praestabilitae 7. refutat systema causarum occasionalium 52. idque Cartesio vindicat 52. sq. in quantum negauerit motum simplicibus	89
ei. Ontologia Latina 18. 28. 36. 61. 62. 77. 83. 99. 102. 108. 123. 130. 136. 140. 141. 143. 146. 191. 245. 270	
- - psychologia empirica	20
- - physica	22. 78
- - Logica Latina	37. 46. 65. 99. 112. 138. 140
- - diff. sistema solium dimidiatorum	39
- - psychologia rationalis 42. 50. 60. 62. 68. 113. 117. 121. 135. 138. 148. 149. 152. 183. 206. 250. 278	
- - annotationes Metaphysicae	55. 57
- - analysis finitorum	64
- - metaphysica minor	80
- - Cosmologia 121. 137. 138. 147. 151. 173. 175. 181. 241	
- - philosophia rationalis	138
- - elementa mechanices Latina	175. 176. 179. 180
- - elementa mathezeos Latina	189
- - metaphysica Germanica	206. 233. 250
- - theologia naturalis	246. 262

## AVCTORVM ET LIBRORVM.

X.

*Xenocratis de motu mentis opinio*

129

Z.

*Zimmermanni (Io. Libor.) natürliche Erkentnis Gottes, der Welt und des Menschen*

66. 278

## INDEX II.

### Rerum ac Materiarum.

**A**ccidens definitur

242 sq.

*Actio corporis in mentem, et huius in corpus animam esse materialem probet* 292. sq. an quaelibet fiat per tactum

294

*Adfectus, illis respondent motus nonnulli corporis* 31 sq.

*Adperceptio vid. Cogitatio.*

*Adsistentiae sistema v. Causarum occasionalium sistema.*

*Agere quid sit*

78

*Αιδολογια, inter hanc et λογον differentia*

188 sq.

*Anima, qua ratione distet a spiritu simpliciter tali* 73. *separata a corpore quomodo se habeat, philosophus nescit ib. est substantia immaterialis* 74. *eam existere in loco euincitur* 122 sq. *quod negant Cartesiani* 124. *vna cum corpore mouetur* 128. *de hoc motu diuersae philosophorum opiniones* 129. sq. *eius immortalitati an sistema influxus sit contrarium* 202. sq. *illi sensationes non deerunt post separationem a corpore* 203. sq. *non erit post mortem in vacuo* 204. *quas actiones post mortem possit suscipere* 205. *non dormit*

MVRORI INDEX MIL

- dormit a corpore soluta 205. sq. qui philosophi patres-  
que ecclesiae illi a corpore solutae subtile tribuerint  
corpusculum 206. fqq. eius immortalitatem quomodo  
Aristoteles et Baco de Verulamio demonstret 208. an  
commercium illius cum corpore illam materialem esse  
arguat 286. sq. de illius origine variae opiniones 300  
v. et Mens.
- Apogögica demonstratio* 132 sq.
- Appetitus*, quid sint, et quando rationales vel sensitiui  
dicantur 20. rationale certi corporis motus conse-  
quuntur 30. 32
- Argumenta*, illorum non tam multitudini fidendum, quam  
ponderi 249 sq.

B.

- Brutorum animae* an materiales 309. sq. et num cogitent  
309. sq. iis quidam nimium, quidam parum tribuunt  
311 sq.
- C.*
- Cartesiani* mentem in loco esse negant 124. illorum ob-  
iectiones contra physici influxus Systema confutatae  
158 sqq.

*Causa plena* 193. causae suasoriae et iustificae in omni  
polemica distinguedae 282

*Causarum efficientium systema* v. *Influxus Physicus*.

*Causarum harmonicarum systema* v. *Harmonia Praestabilita-*

*Causarum occasionalium systema*, illius auctores 4. 52. sq.  
qui illud ex iis hauserint 5. eius definitio 51. etymolo-  
gia et synonymia 51 sq. id qui refutarint 52. illud  
quae premant difficultates 53 fqq. parum est probabi-  
le 117 sq. 120. sq.

*Cogitatio* quid sit? 100. 226. differt a perceptione et re-  
praesentatione 100. sq. in ea an consistat essentia men-  
tis 167. sq. illius fons est anima 227

*Cognitio*

## MATERIARVM AC RERVM.

<i>Cognitio</i> , an defectus illius in actionibus a mente profici- scientibus sit contra influxum physicum	160 sqq.
<i>Commerciū mentis et corporis humāni</i> 1. 17. sqq. quid sit 17. eius synonyma ib. realitas 37. illud explicare quid sit? 38. 39. circa id phiosophi officium 40. illius ex- plicandi tria dantur systemata simplicia 60 sq. an il- lud prober, animam esse materialem	292 sq.
<i>Composita</i> , quid sint	75. 239 sq.
<i>Conflictus corporum</i> an turbet ordinem naturae	174 sq.
<i>Conscientia actionum</i> v. <i>Cognitio</i> .	
<i>Conscientia sui ipsius rerumque aliarum</i> quid sit 230 sq. distinguitur a morali 231. sq. quo nitatur	232
<i>Controuerstiae</i> quomodo tractandae	157
<i>Corpus</i> , illius cum mente commercium multorum inge- nia exercuit 1. 17. sqq. v. <i>Commerciū mentis et corporis humāni</i> . de illius in mentem, et vicissim, agendi ra- tione variorum sententiae 47. sqq. quae stabilitur 130. sq. corpora quid sint 75 sq. constant ex simplicibus s. monadibus 76. sq. an possit diuidi in infinitum 77. sq. quomodo illa ratione motus Bülfingerus consideret 194. illorum motus unde pendeat 194 sq. corpora quae- cunque corruptioni sunt obnoxia 278. in illo nec omnia imaginatione comprehendi queunt	304. sq.
<i>Corporis conditiones</i> diuersae diuersas efficiunt mentis perceptiones	23 sq.
<i>Creatiani</i> qui?	300
D.	
<i>Decreta mentis</i> , illis respondent motus quidam in cor- pore	30 sq.
<i>Demonstratio</i> , qua ex falso elicetur verum, an sit licita, et de ea lis inter Tacquetum et Lipstorpium 97 sq. apo- gogica quae	132 sq.
<i>Dependentia</i> quo significatu commercii mentis et corpo- ris humani definitionem ingrediatur 18. quae mentis muta-	

MATERIA  
INDEX II.

- mutationes a corporum motibus dependeant 19. dependentiae species modusque duplex 20. corporis a mente 34. duplex 36. mentis et corporis an faueat materialismo 286 sqq.  
**Determinatum omnimode quid** 87  
**Deus**, illius sapientiae via naturaliter breuissima maxime conuenit 114. sq. potentia incomprehensibilis non suffragatur materialistis 263. sq.  
**Discurrentium secta** inter Arabes philosophica quid statuerit 259  
**Distinctio**, ad distinguendi aetum quid requiratur 233 sqq.  
**Dualistae**, quid de mente sentiant 72

E.

- Effectus**, an in influxu physico maior existat sua causa 190. sq. plenus, 191. 193 sine perceptione non obtinetur 195. it. causa maior, et causa minor qui? 191. causae aequalis ib. integer 194  
**Egoistae**, quid de mente sentiant 72  
**Elementaria simplicia** in loco sunt et mouentur, licet locum non repleant 88 sq. agunt in se inuicem realiter 93. sqq. quod illorum influxum physicum adstruit et Harmoniam praestabilitam evertit 96. percipiunt 101 sq.  
**Ens simplex** an vim mouendi habere non possit 201 sq.  
**Experientia insufficiens** est ad detegendum sistema verum commercii mentis et corporis 65. sq. an per eam influxus physicus constet 66  
**Extensum** quid sit 269. sq. a composito certo tantum respectu differt 271

F.

- Facultas locomotiva s. motrix**, an sine ea mens existere possit 165 sq. v. *Vis motrix*.

Figur.

## RERVM AC MATERIARVM.

*Figura*, an substantia sit 244. sq. quid sit 269. cui competat vel minus 270

### G.

*Generatio* est vox ambigua 299. an per eam simul mensum corpore producatur, et hinc illius materialitas colligi possit 296. sq. de ea doctrina adhuc valde est obscura 298

### H.

*Harmonia praestabilita*, illius auctor 6. 56. aduersarii 6. 58. fautores ac patroni 7. 57. huius systema definitur 55. sq. illius natalis 56. synonymia 56. denominationis ratio 56. quid illi obiciatur 58. a quo contra obiectiones defendatur 58. sq. repugnat ordinis causarum 59. qua difficultate prematur 59. sq. 120. non est philosophiae Wolffianae caput 60. minus est probabile quam Systema physici influxus 117. quoad elementaria simplicia euersa 96. mentem inter et corpus an materialistis faueat 286 sqq.

*Harmonistae*, qua ratione systematis sui veritatem probare nitantur 68 sq.

### I.

*Ideae*, harum effluxus et metamorphoses ab influxus physici systemate excluduntur 145 sqq.

*Idealistae*, quid de mente sentiant 72

*Idolum tribus* 281

*Imaginatio*, illi non indulgendum circa res immateriales, praecipue mentem 267. sq. 276. nec omnia in corporibus comprehendere valet 304 sq.

*Immatricales res*, illarum definitio 239. sq. harum obiecta sunt intellectus et rationis 268

*Imma*

IN D E X T I.

- I**mmaterialitas mentis humanae v. *Mens.* 161 sq.  
**I**mmortalitas animae v. *Anima.* 201 sq.  
**I**mpossibile absolute 261 sq.  
**I**ncorrumpibile quid sit 277  
**I**nertiae vis 241 sq.  
**I**nfluere, huius verbi significatus proprius et metaphoricus 42 sq.  
**I**nfluxionistae, quomodo suum systema quidam probaverint 69  
**I**nfluxus *Physicus*, illius systema vnde ortum duxerit 2. sq. illius fata 3. sq. fautores 10. sq. definitio 42. eius sistema quid 42. de eo idea Scholasticorum 43. sq. eius synonymia 44. species variae 46. sq. quid huius systematis defensoribus et quo iure obiiciatur 50. vera est commercium mentis et corporis explicandi ratio 71. sq. elementarium simplicium adstructus 93. sq. absolutitur vnius substantiae actione in alias 104. sq. huius positionis usus 105. sq. illius possibilitas demonstratur 108. sq. huius systematis probabilitas porro euincitur 112. sq. illud reliquis systematibus omnibus praestat 116. sq. illius actualitas huiusque systematis veritas demonstratur 134. sq. non est terminus inanis, neque qualitas occulta 137. sq. cur illius modus specialissimus distincte a nobis comprehendendi nequeat 139. sq. ob id tamen non reiiciendus 141. nec miraculis adnumerandus 142. in hoc systemate mens humana in sentiendo non est mere passiva 142. sq. nec aduersatur hoc systema mentis immortalitati 143. sq. illius vera s. specialior idea explicatur 145. sq. huius systematis utilitas in Psychologia rationali 151. sq. contra hoc systema obiectionum duae sunt classes 155. sq. contra illud obiectio I. Cartesianorum refellitur 158. sq. nee non II. 160. sq. item III. 165. sq. et IV. 167. sq. Harmoniae praestabilitae defensorum obiectio V. confutatur 169. sq. nec non VI. 172. sqq. it. VII. 184. sq. vt et VIII. 190. sq. IX. 197. sq. et X. 202 sq.

*Influe-*

## RERVM AC MATERIARVM

- Influxus Physicus non mutuus, illius defensor* 45  
*Intuitus discriminis rerum, ad illum quid requiratur*  
233. sq.  
*Inuisibile quid sit* 270. 271  
*Locus quid sit* 82. sq. 90. eius cum spatio connexio crux philosophorum 83. in loco quid sit 84. in loco esse et illum implere quomodo differant 89. sq.  
*Δογμα inter hunc et αναλογια differentia* 188 sq.  
*Materia, illius rerumque materialium definitio* 234 sq.  
243. quae defenditur 241. illius indoles 246. cogitare nequit 246. sq. quod illustratur 247. sq. et porro demonstratur 254. sq. eius impotentia ad cogitandum est absoluta, nec diuinis viribus mutabilis 261. sq. est obiectum sensuum externorum et imaginationis 268. an ex illa omnia mentis phaenomena explicari possint 312 sq.  
*Materialismus, illius causa du* lex in intellectu et voluntate 280. sq. patroni antiquiores et recentiores 282 sq.  
*Materialistae, quid de mente sentiant* 72. 227. illorum fabula et hodie agitur 249. sq. illorum ex monadum perceptione Leibnitiana contra cognitionem menti solidi adscribendam argumentatio refellitur 251sq. praecepit Baylii 252. sq. 258. sq. frustra prouocant ad potentiam Dei infinitam s. omnipotentiam 263 sq. 286. satis antiquam habent originem, nec hodie desunt 283. sq. illorum argumenta proponuntur et refelluntur 280. -318. et quidem primum 286. sq. secundum 292. sq. tertium 296. sq. quartum 301. sq. quintum 305. sq. sextum 309. sq. septimum 312 sq.  
*Mens, illius cum corpore commercium multos scri*  
Y ptore*s*

INDEX II.

ptores exercuit I. 17. sq. vid. *Commercium mentis et corporis humani*. de illius in corpus, et vicissim, agendi ratione sententiae variorum 47. sq. quae agendi ratio stabilitur 130. sq. illius sedes cerebrum 125. de eius sede diuersae philosophorum opiniones 126. sq. an omnium actionum suarum sibi sit conscientia 161. sq. v. etiam *Anima*.

*Mentis humanae* definitio 71. 226. non aduersatur mentis immortalitati 72. sq. de illius natura individua s. immaterialitate 211. sq. quae argumentis evidentissimis demonstratur 225-279. contra illius immaterialitatem obiectiones exhibentur et refutantur 280-318. et quidem prima 286. sq. secunda 292. sq. terria 296. sq. quarta 301. sq. quinta 305. sq. sexta 309. sq. septima 312. sq. de ea materialistarum, Idealistarum, s. Egoistarum, s. Pluralistarum sententia erronea 72. nec non Dualistarum 72. gaudet intellectu et voluntate 74. non habet se mere passiu in sentiendo in systemate influxus 142. sq. illius immortalitati non aduersatur sistema influxus 143. sq. an sine facultate motrice existere possit 165. sq. an eius essentia consistat in cogitatione 167. sq. non est subiecta motus legi Leibnitianae 182. sq. illius sedes 195. sq. accurata digna est contemplatione 212. sq. illius admiranda vis 213. sq. illam cognoscendi difficultas 214. sq. et utilitas 216. sq. de illa diuersae opiniones 227. sq. est immaterialis 266. sq. cum illius immaterialitate connexae proprietates 269. sq. non est extensa 271. qui illam extensam statuant 272. sq. nec figurata est nec visibilis 273. sq. contrarium qui statuerint 277. sq. est incorruptibilis s. omnis corruptionis expers 274. quae proprietas firmissimum est immortalitatis animae fundamentum 278

*Miracula*, illorum Deus non est prodigus 121. sq. Mobile corporis primum causa dependentiae corporis a mente 34

*Monas*, illius definitio 74. hoc vocabulum antiquioribus iam cognitum recentiores in philosophiam reuocant

## MATERIARVM AC RERVM.

tunt 75. quid monades signent ib. an sint non-entia  
ib. constituant corpus 76. sq. illarum perceptio vin-  
dicator 102. sq. qua ratione ex illa perceptione ma-  
terialista oppugnare queat cogitandi vim soli menti  
competentem 251. quae obiectio retunditur 251. sq.  
an illius defectus mutationis intrinsecae sit contra in-  
fluxum physicum 169 sq.

*Motus in corpore quotuplices* 19. a quibus mentis muta-  
tiones dependeant ib. v. *Perceptiones mentis*. quidam  
respondent decretis mentis eiusdemque affectibus  
30. sq. non omnes subiacent animae imperio 32. sq.  
motus, et speciatim *intestinus* et *totalis* quid 84. illius  
idea et notio 34. sq. nil mutat intrinsece in moto 85.  
sq. in motu reale quid 85. sq. motuum effluxus et  
metamorphoses ab influxu physico excluduntur 145 sq.  
de illo opinio Cartesii 178. eius nouiter inuenta a Leib-  
nitio lex non repugnat influxui physico 175. 179 sq. huic  
mens non est subiecta 182 sq. quomodo possit emendari  
293. illius impressio in monadibus excitat perceptio-  
nen 192. illius communicatio quomodo fiat ib. cor-  
porum perceptionem supponit 195. an illi in Systema-  
te influxus vires contrariae tribuantur 197. sq. an ex  
illo omnia mentis phaenomena queant explicari 312 sq.  
*Musculi* quomodo varios animalium motus producant  
35. illorum vires ib.

*Mutationes mentis dirigentes et dependentes* 19. a cor-  
pore in mente productae quid sint 136. an mutationis  
intrinsecae defectus in monade influxum physicum  
tollat 169. sq. an omnes fiant per motum? 303 sq.

## N.

*Natura definitur* 173. illius ordo quis ib. an illum tur-  
bet influxus physicus 172 sq.

## O.

*Omnipotentia Dei*, an contradictoria, et materiam cogi-  
tantem efficere voluerit 305. sq.

INDEX.

*Ordo naturae* definitur 173. quid illum turbet ib. sq.  
v. *Natura*.

*Organa a mente dependentia* quando moueantur 34.  
motuum voluntariorum musculi 35

*Organa sensoria* rite constituta excitant in mente perce-  
ptionium mutationes 21. sq.

P.

*Patres ecclesiae* primi vtpurimum platonizant 206 sq.  
*Perceptio* quid sit? 100. differt a repraesentatione et co-  
gitatione 100 sq. monadum vindicatur 102. sq. sen-  
sualis quomodo fiat 192 sq.

*Perceptiones* mentis vnde dependeant 19. sq. certae cer-  
tis mutationibus organorum sensoriorum respondent  
21. vt et aliis corporis conditionibus 23. sq. diuersae  
oriuntur ex communi sensorio 26. sq. illarum depen-  
dentia duplex a mutationibus corporis 27

*Perfectio* absolute talis quid 107. *perfectiones* omnes in  
Deo sunt absolutae ibid.

*Phantasia* v. *Imaginatio*.

*Philosophia corpuscularis* v. *Materialismus et Materialistae*.

*Philosophus*, eius officium, praecipue circa commercium  
mentis et corporis 40 sq.

*Pluralistae*, quid de mente sentiant 72

*Potentia* quomodo differat a vi 81

*Principium* quid sit 81

*Proportio* mathematica 184. sq. geometrica 185. an de-  
fectus illius aduersetur influxui physico 184. sq. non  
requirit, vt termini omnes sint homogenei 189

R.

*Ratiocinia* sunt via inueniendi veritatem systematis veri  
commercii corporis et mentis 67. sq. an id, quo ex  
falso elicetur verum, sit licitum, deque eo lis inter  
Tacquetum et Lipstorpium 97 sq.

*Repraesentatio* quid sit? 100. differt a perceptione et  
cogitatione 100. sq.

S. Schola-

## MATERIARVM MAC RERVM.

- Scholastici sistema influxus Physici implicatum reddiderunt 3. sq. eorum de ratione agendi, qua corpus notiones menti communicat, sententia 47. sq. de sede mentis opinio 126. brutorum animas esse materiales statuerunt 311
- Sensationes in mente* qua ratione prodeant 149. post separationem a corpore non deerunt 203 sq.
- Sensorium commune* quid sit et quomodo inde diuersae mentis perceptiones orientur 26 sq.
- Sermocinantium secta* v. *Discurrentium secta*.
- Similitudo liberorum cum parentibus* an sit indicium corporeae mentis naturae 297. quoad animum non est euicta 299. quaenam respectu effectuum concedi possit? 299
- Simplicia elementaria* v. *Elementaria*, sunt in loco, non replent locum 89 sq.
- Situs* quid sit 83
- Spatium, item Spatium implere* quid 82. eius et loci conexio crux philosophorum 83. in spatio esse et spatium implere quomodo differant 89. qualis sit ordo rerum 199
- Spiritus, eius definitio* 74
- Spissitudo essentialis*, quis illam animae tribuat 272
- Subiectum* definitur 243
- Substantia* definitur 242. 243. 244. illius falsa definitio Spinozae causa errorum grauissimorum 245. sqq. an omnis sit corporea s. materialis? negatur 301 sq.
- Substantia simplex* v. *Monas*.
- Synodus Ephesina* animae separatae corpus vix tribuit 207
- Systema* quid sit? 38. sq. ob id non reiiciendum, quia modus quorundam in eo occurrentium specialiter explicari nequit 59. Systemata commercium corpus inter et animam simplicia dantur tria 60. sq. cui adhibeantur 64. sq. ex iis nullum constat per experientiam 65 sq.

## INDEX II. MATER. AC RER.

65. sq. sed inuenienda est illius veritas per ratiocinia  
67. sq. compositorum certi dantur ordines et classes  
63. sq. secundi ordinis quae 64. it. tertii ordinis 64.  
- ignoranteiae an detur 64. nulli qui se addixerint 64.  
- veri proprietas 135. competit Systemati influxus  
Physici ib.

*Systema Aristotelico-Scholasticum v. Influxus Physicus.*  
- Causarum efficientium v. Influxus Physicus.  
- Causarum Harmonicarum v. Harmonia praestabilita.  
- Causarum occasionalium v. Causarum occasionalium  
Systema.  
- Harmoniae praestabilitae v. Harmonia praestabilita.  
- Influxus mutui v. Influxus Physicus.  
- Influxus Physici v. Influxus Physicus.

### T.

*Tactus*, proprie et impropre quid sit 204  
*Tangere* v. *Tactus*.

*Tempus* qualis sit ordo rerum 199

### V.

*Veritatem* inuenire, ac defendere philosophum decet 157

*Via* naturaliter breuissima diuinae sapientiae maxime  
conuenit 114. sq.


*Vis* quid sit 81. de viribus canon 16. vis et potentiae differ-  
entia ib. an et quatenus substantia sit 82. virium diui-  
nio ib. duplex mentis ex uno fonte profluit 148. sqq.  
virium viuarum mensura 179. sq. contrariae an tri-  
buantur menti in Systemate influxus 197 sq.

*Vis motrix, primitiva, derivativa*, quid sint 84. profluit  
ex vi repraesentativa 148 sq.

*Vis mouendi* seipsum involuit vim alia mouendi 91 sqq.  
an illam ens simplex habere non possit 201 sq.

*Vno* mentis et corporis humani an idem sit, quod illo-  
rum commercium 17





LIBERUS ET MAGISTER ET RECTOR

64. si de conuentu et aliis venientibus respondeat  
65. si conuentum certi datur, ordines et clavis  
66. si de legato primo quod est in causa resoluta ha-  
67. si de causa et causa de causa cum se solvit causa  
68. si de causa et causa de causa de causa

69. si de articulo Scholastico et de eiusdem  
70. si de articulo de causis et causis de causa  
71. si de articulo de causis et causis de causa de causa  
72. si de articulo de causis et causis de causa de causa  
73. si de articulo de causis et causis de causa de causa  
74. si de articulo de causis et causis de causa de causa

75. si de articulo de causis et causis de causa

76. si de articulo de causis et causis de causa

77. si de articulo de causis et causis de causa


78. si de articulo de causis et causis de causa de causa  
79. si de articulo de causis et causis de causa de causa  
80. si de articulo de causis et causis de causa de causa


81. quid in 81. de viribus causa et vis et actione  
82. quid in 82. de viribus causa et vis et actione  
83. quid in 83. de viribus causa et vis et actione  
84. quid in 84. de viribus causa et vis et actione

85. quid in 85. de viribus causa et vis et actione  
86. quid in 86. de viribus causa et vis et actione

87. quid in 87. de viribus causa et vis et actione  
88. quid in 88. de viribus causa et vis et actione  
89. quid in 89. de viribus causa et vis et actione  
90. quid in 90. de viribus causa et vis et actione








2

R.

T







© SUB GÖTTINGEN / GDZ | 2011



**OpCARD 201**

